Pomeriū Sermonum Quadragesimalium.

Et est ob temporis exigentiam. et christifidelium necessariam eruditionē triplicatum.

Primum

De Penitentia et eius partibus


Scd̃m

De Viciis in Genere et Specie.

Tertium

De Decalogi preceptis

F. f. Pelbarti de Themeswar ordinis Min. de Ungaria autore S.



In noie domi

ni nri iesu cri incipit Quadragesimal' ps
smonū Pomerij d̄ pnia z ei9 ptib9: ac cor
reqsitis z ptinentib9 ad eandē.

Circa partē aūt

istaz pmitto q̄ p ferialib9 dieb9 breuiores
smones faciā. Tū q: p illis dieb9 pplo mi
nori nūero ɔfluit q̄ dieb9 festiuis vel dñi
cis. Tū quia gaudent breuitate moderni:
vt scribit. ff. Qd met9 causa. l. j. in glosa. z
C. de appella. l. ampliorē. Pro dieb9 autez
dñicis longiores aliq̄ntulu sermones facī
em9: vt multiſ ɔcurrentib9 prūc tā plebeis
q̄ sciētificis z altorib9 possimus p modu
lo satisfacere. Deniq3 iudicio sagacis pdi
catoris relinquit: vt smo p aliquo die bic
ɔssignatus possit p altero die transponi et
pdicari sicut videbit populo z tēpori con
gruere. Nam z fm plim smones aptandi
sunt fm congruentiā z capacitatē audien
tium. Hoc solum deprecor: vt q̄cq̄d defe
ctuosum in hoc ope z alijs meis laborib9
compertur: metipius insufficientie ascri
bat: z p me ad deū orones dirigant. Quic
quid aūt boni visū fuerit: deo altissimo a
quo est attribuat. Cui laus et gloria sit in
secula seculoz: Amen.

Feria q̄rta Cinez seu in capite ieiunij
Quadragesimalis Ser. I. scz de inuitatio
ne eccłie ad pniam z ieiuniū.

Onuerti

mini ad dñm deū ve
strum quia benign9 z
misericors est Joel. ij
z in epistola hodier.
Scā mr ecclesia bo
die canit hec verba exhortañ. oīnes filios:
id est fideles ad penitentiam his diebus
agendaz. In quib9 verbis inducit ad peni
tentiā ex consideratione diuine misericor
die. q̄ pmisit penitētib9 veniā z celestia bo
na. Propterea etiam in euang. hodier.
canit verbuz saluatoris nostri Matth. vj
di: Thesaurizate vobis thesauros in celo
qd etiā poni pōt p themate. Audiam9 g̃
hortantē matrē ecclīam. Conuertimini o
viri o mulieres ad dñm deū. Ecce sancta
eccłia hortat nos ad pniam: z inducit non
solū vbis: sz etiā exēplis. Idcirco tria my
steria p smōe isto declarem9 fm q̄ tripl̄ici
ter hortatur nos eccłia ad penitentiam di
ebus istis.

Primū dr exēplaris inductiōis.
Secundū dicitur quadragesimalis ob
seruationis.
Tertiū dr diuinalis inuitatiōis

A Circa pmū de exēpla
ri inductione vel iuitatōe aduertēdū ē q̄
scā eccłia iuitat z iducit nos ad pniaz exē
plo q̄druplici cerimonie q̄ facit hodie z di
ebus istiſ q̄dragesimalib9.

Primo in missaz exhortatōe.
Scdo in vesperaz anticipatōe
Tertio in cinez ɔsecratōe.
Ultio in imaginū apd certos ptectiōe
Primo inq̄ in missaz oim exhortatione.
Nam in fine missaz cātari solet: Hūiliate
capita vestra deo. Quare hoc facit his tē
porib9 qd als p totū annū nō facit: nisi p
pterea vt pctōr q̄ a toto anni curriculo in
peccatiſ superbiuit ɔtra deū: iā nūc hūilie
tur ad pniam tripl'r: scz in corde p contriti
onē: in ore p confessionem: in satisfactione
opis p ieiuniū: elemosynā: z orationē q̄te
nus grām dei z gl̄iam ɔsequat. Nā Ja. iiij
De9 supbis resistit: humilib9 aūt dat grāz
z sic gl̄iaz. B Scdo i vesperaz antici
patiōe. Nā his dieb9 q̄dragesimalib9 vespe
re añ prandiū dicunt: cū toto āno post me
ridiē dicant. Sed hoc quare fit nisi ad pe
nitētie iductionē. Nimiz vnde hoc fiat di
cendū q̄ ex decreto de ɔse. di. j. ca. Solēt
Ubi ɔciliū dr sic. Solēt plēs q̄ se ieiuna
re putāt i quadragesima mox vt signū au
dierint ad nonā horā manducare q̄ nullat
tenus ieiunare credēdi sunt si añ mandu
cauerint q̄ vesptinū celebret officiū. Con
currendū est em ad missam: z audiris mis
saz solēnijs: vesptinis officijs: largitiſ ele
mosynis ad cibū accedendū est. Si vo ali
qs necessitate ɔstrict9 fuerit: vt ad missaz
venire non valeat: exterminata vespertina
hora completa orōne sua ieiunium soluat

Hec ibi. Quare aūt sic fuerit institutū. Dicendū q̄ vt sic ieiunādo chr̄m imitari i penitētia z ieiunio q̄ntū possum⁹ nos induca mur. Quia eñ nō possumus sine cibo ieiunare tot dieb⁹ sicut fecit chr̄s: saltē ieiunemus vsq̄ p⁹ vesperā. Et q̄z multi nō possūt ieiunādo expectare horā diei vespertinā: saltē vesper; anticipat; comedāt i meridie

Tertio in cinez ꝯsecratiōe Nā hodie ecclesia cineres ꝯsecrat z capitib⁹ hoim iponit vt se mortales cognoscant z iō pniam agāt. Vñ sacerdos imponēdo cineres dic̄ Memento hō q̄z puluis es et i puluerem reuerter;. Quia nimiꝝ nil sic ad pniam puocat sicut mort; meōria Ecci. vij. Memorare nouissima z in eternum nō peccabis. Jdeoq̄ ecclīa hodie canit. Emēdem⁹ i melius qd̄ ignorant̄ peccauim⁹. ne subito pocupati die mort; q̄ram⁹ spaciū pnie z iuenire nō pos. zc. Quarto i imaginū ꝯtectione. Et h̄ apud certas ecclīas secularium maxime solet fieri. Sed q̄re hoc: nisi ad significandū q̄ petōr nō ē dign⁹ videre faciem dei ap̄tā z scōꝝ glīaz nisi agat pniaz Esa. xxvj. Tollat̄ impi⁹ ne videat glīaz dei. O p̄ petōr ptimesce z age pniam. q̄z de⁹ z scti angeli z btā v̄go z oēs scti abominant̄ te i pctis existentē aspicere. z sic peribis. O infelix perpende q̄z sine penitentia celū hēre non poter;. E

Circa scdm̄ de q̄drage- simali obsuatiōe q̄rit̄: q̄re sub nūero q̄dragenario voluit de⁹ h̄ ieiuniū obsuari a populo sc; chr̄iano. Ad qd̄ assignant̄ pcipue rōnes q̄ttuor: fm̄ doct.

Prima rō decimatiōis tpalis.
Scda rō afflictiōis pnialis.
Tertia rō ꝯsecratiōis nūeralis.
Quarta rō imitatiōis chr̄i formal.

Prima itaq̄ rō decimatiōis tpalis. Nam bon⁹ chr̄ian⁹ debet deo decimas soluere de bonis oib⁹. s. possessionib⁹ z etiā corpalib⁹. z sic etiā de tpe annuali vite sue. Sed vt scribit̄ p Greg. de ꝯse. di. v. c. Quadragesima (inq̄t) ipi dies decie anni sūt. Infra Verbi gr̄a. Si p. ccclxv. dies ann⁹ voluit̄ deinde p. xxxvj. dies affligimur q̄si ānī ho decimas dam⁹. Rō. q̄z. xxxvj. sūt decima nūeri. ccclxv. dieꝝ. z sex horaꝝ: quē nūeꝝ cōtinet annus tot⁹. Subdit̄ ibidē. S; vt sacer nūer⁹. xl. dieꝝ adipleat̄ q̄ttuor dies ad supplemētū. xl. dieꝝ addunt̄. Hec in dicto caplo d̄ ꝯse. sup̄. Jō q̄dragesimā ieiunare debem⁹. p decima tpis z corpis exoluēda Jdcirco eñ q̄ttuor dies addimus. q̄z corpus ex q̄ttuor element; ē ꝯstitutū: vt sic ieiunādo soluam⁹ qcq̄d i corpe p annū pcc cauim⁹. Scda rō afflictiōis pnialis q̄z nūer⁹. xl. a pncipio mūdi deputat⁹ est pro pnia hoim expectanda vel facienda. Et h̄ pat; primo in diluuio qd̄ pluit. xl. diebus Gen. vij. Scdo in exitu filioꝝ israel. xl. annis p desertū: q̄ si nō peccassent. xl. dieb⁹ intrassent fines terre pmissionis. Tertio. xl. dieb⁹ ieiunauit moyses p lege accipienda. Quarto. xl. dieb⁹ helias ascendit in montē oreb ad colloq̄ndū cū deo. Quīto deni q̄z post passionē chr̄i. xl. ānis expectauit iudeos ad ꝯuersionē. Sexto q̄z etiā niniuitas añ. xl. dies ad pniam monuit. Septio q̄z chr̄s. xl. dieb⁹ p nobis ieiunauit in deserto. Hinc canit ecclīa. Lex et ph̄e pmit⁹ h̄ ptulerūt: postmodū chr̄s sacrauit oiz zc̄

Tertia rō ꝯsecratiōis nūeralis. q̄z chr̄s dn̄s nūeꝝ q̄dragenariū multiplr̄ ꝯsecrauit S; hac rōne. iij. ar. psequar ob breuitatem z deuotionē. Quarta rō imitatiōis chr̄iformis z spēalis. quia vt dicit Ber. chr̄ianus a chr̄o dr̄ vt chr̄i frat̄ z imitator reputet̄: sed chr̄s dn̄s. xl. dieb⁹ ieiunauit: g̃ zc̄. D S; q̄rit̄ hic: q̄re ecclie filij chr̄iani nō eo mō in h̄ ieiunio chr̄m imitatur sic chr̄s ieiunauit. q̄z ip̄e chr̄s ieiunauit continue sine dieꝝ interpolatione: chr̄iani autē dies dn̄icos intercep̄tos n̄ ieiunāt. z sic discōtinuāt ieiuniū. Ad h̄ rn̄det̄ q̄ h̄ rōnabilit̄ ordinauit ecclīa triplici rōne. Primo pter resurrectiōis chr̄i venerationem. Et hāc ponit Alex. d̄ ales. i. iiij. Nā chr̄s i dn̄ica resurrexit: z die illa bis comedisse legit̄ . s. cū discipul' in emaus eūtib⁹: z cū aplīs q̄bus apparuit ianuis clausis: vt p; in euāgelio Jō ꝯgruit chr̄ianis eo die bis comedere vl' nō ieiunare: ita tñ q̄ cibos q̄dragesimales sumant: vt sic q̄ntū pñt chr̄o ꝯformens q̄ in dict; apparitiōib⁹ panes z pisces ac mel z nō carnes legit̄ comedisse ipa die resurrectiōis. Scdo pp̄t vitandā supstitionē. Naz pter h̄ ieiunare phibitū est ab

ecclīa die dñico. de ɔſe.di.iiij.Jeiunium.et. c.ſeq. Nā ſiqs ieiunaret die dnica cā abſti nētie vel aliq̄ bona intētione vel ex p̄cepti plati iposītiōe:bonū eſſet vt patȝ p Hiero. xxvj.di. Utinā inqt oī tpe ieiunare poſſe/mus ⁊c̄. Sȝ ſiqs i dñica ieiunaret qſi faci ens ɔ ɔſuetudinē ppl̄i cbr̄iani vel cū ſcan dalo alioꝝ:vel ſi ꝓpt ſupſtitionē aliquā:ſic peccaret. Un̄ ɔgruit illo die.ſ. dñico nō iei unare. Tertio ꝓpter ieiunij deuotionē. q: ex ɔtinua ieiunij afflictiōe faſtidiū fatiꝫ garet hoīes.⁊ ſic deuotio ieiunādi periret Hec ex Alex.i.iiij.⁊ Tho.ij.ij.q.cxlvij. O ǧ cbr̄iane imitare cbr̄m ieiunādo.ſ.bis dī ebus prout eſt ſtatutum:imitare peniten tiam agendo. C

Circa tertiū de iuitatio ne dei aduertendū ē:ꝙ miſericors de⁹ ⁊ dñs ieſus būc nūeꝝ q̄dragesimalē ɔſecrare vo luit multiplr̄:vt attēdētes hoīes talia iui/ tentur ad obſuantiā ipaȝ q̄dragesimalē i pnia ⁊ ieiunijs ⁊c̄. Un̄ in ep̄la hod. Joel.ij canit. Hec dt dñs Couertimi ad me i to/ to corde vr̄o:in ieiunio ⁊ fl.⁊c̄. Prio em̄ ɔſecrauit aduētu in generatiōis deſcp̄tiōe q: Mattheus euāgeliſta ſcribēdo genera tionē cbr̄i poſuit.xl.generatiōes:vt Aug. dt:lȝ Hiero.dicteret generatiōes.xlij.⁊ hoc paꝝ diſtat. Sed q̄re h̄:Aug⁹ dt ſic. Ad h̄ dñs ſue generationis q̄dragenario nūero ad nos deſcēdit:vt nos ad deū nr̄o q̄dra/ genario aſcēdam⁹⁊c̄. Scdo ɔſecrauit i ɔceptiōe fm ꝙ dt Fran.may.q:.xl.hebdo/ madis in vtero ꝟgineo mālit a ɔceptione Tertio in ieiunatiōe:q:.xl.dieb̄ ieiuna uit:vt patuit ſ. Quarto in p̄dicatione ⁊ miraculoꝝ opatione.q: a.xxx.anno ǭ cepit p̄dicare vſq ad q̄rti āni dimidiū ǭ paſſus eſt mortē.xl.mēſes nūeranſ. Quinto cō/ ſecrauit ſua morte,quia.xl.horis ab hora expirationis.ſ.nona vſq reſurrectionem mortu⁹ ɔcuit. Sexto ɔſecrauit reſurre/ ctiōe ⁊ tandē aſcēſione.q: poſt reſurrectio nē.xl.die in celum aſcēdit. O ǧ pctōr audi cbr̄m deū iuitantē ad pniam agendā ⁊ cō ſecres te deo bis dieb̄. O īfelix qd tardas penitere cū neſcias ſi diē craſtinū babeas Sȝ ⁊ ecce ɔſideres hodie quō cineres im ponunt capiti cbr̄ianoꝝ vt moueanſ ad pe nitentiā. C Nimiꝝ in dial. Ceſarij exē/ plū legiſ qd ⁊ narraſ in ſmonib̄ diſcipuli. Carnifex qdā cū tertia feria añ die cinerū totam pene noctē in comeſatiōib̄(ſic heu mlti ſolēt)expendiſſet. Et tandē mane cuȝ collega biberet ⁊ audiſſet pulſationeȝ ad eccāȝ p cinerib̄ ſuſcipiēdiſ:dixit ſocio Ego tibi cineres ⁊ tu tandē mibi dabis. Tolleſ ꝙ cineres de foco iactauit ſup caput illi⁹. ⁊ ecce mox in penā ſenſit puluere acſi ſibi follib̄ iſufflareſ.⁊ exclamās tātū ſibi bau/ ſit vt.vix ꝙ nō ſuffocareſ.accurrunt multi: ducunt eundē ad inſulā vbi nō erāt pulue res.ſed nil pfuit. Un̄ iuſto iudicio cunctis videntib̄ turbine cineꝝ ſuffocat⁹ expira/ uit. Ue ergo ve miſeꝝ pctōrib̄. Sed vos cbariſſimi ɔuertimi ad do. de.ve.q: miſe ricors ē penitētib̄. Rogem⁹ ǧ xp̄m vt ⁊c̄.

Feria quinta poſt Cineꝝ Sermo.ij.ſcȝ de congrua inſtitutiōe ieiunij quadrageſi me in vere.

a

It illi ieſus

Ego veniam ⁊ curabo eum. Matth.viij.⁊ in euāg hod. Jn qb̄ ꝟbis oñditur ꝙ dñs ieſus ex imen ſa pietate parat⁹ eſt curare īfirmitates p̄/ ſertim aiaꝝ vere penitētiū ⁊ ſupplicit̄ oran tiū.ſic fecit Centurioni petētī p ſuo:vt patȝ in euange. Sed qm̄ vt Salomon ſcribit Eccēs.iij. Oia tp̄s hn̄t. Eſt em̄ tp̄s riden/ di vel gaudendi:⁊ ē tp̄s plāgēdi. Jō cba/ riſſimi aduertite qm̄ antea tp̄s vobis erat gaudēdi mūd ialiſ.ſȝ iā inſtat tp̄s plangen di pctā ⁊ ieiunādi ac cōfeſſionem faciēdi. Propterea de hoc tp̄e pōt accipi p tbema te alio ſermonis illud Eccī.iiij. Fili conſer ua tp̄s ⁊ deuita a malo: nō ɔfundar̄ p aia tua dicere verum.ſ.in ɔfeſſiōe. Et q̄ hec fa cit venit ad eū cbr̄s p ǧfam ⁊ curat eū.ſ.in aia ab infirmitatib̄ pctōꝝ:put ꝓmiſit Cē turioni:di.ſup. Ego veniā ⁊c̄.⁊ in euange lio. Jtaqȝ de h̄ tp̄e q̄dragesimali ǭ ſolet fideles aīe p pniaȝ ⁊ ieiuniū a cbr̄o curari: tria myſteria notem⁹ p ſermone.

Primū dt ɔueniētia ꝟnalis tp̄is.

Secundū dt ɔgruētia quadrageſimal lis inſtitutionis.

Tertiū de euidentia pbabilis rōnis.

G Circa pmū de cōueni entia finalis tpis inqrendū est Unde con uenit q ecclia p tpe ieiunij et pnie int alia tpa deputauerit hoc vernū tps: Ad qd di cendū q hoc summe ɔueniēs fuit: pcipue ex hui⁹ verni tpis ɔditione triplici.

Primo qz hoc ē tps medicatiōis.
Scdo qz hoc est tps plātationis
Tertio qz hoc ē tps renouatiōis.

Primo inquā hoc pnū tps ē tps medicati tiōis. Nā p isto tpe mensis Martij solent hūores cōmoueri in hoīe vt volūt physici: z ideo ɔsulūt p hoc tpe fieri purgatiōes p amaras potiones vel sudationes. Proīde Joānes Mesue in pctica pma dr: q omē malū aut morbosum qd in corpe latitauerit: z in vere medicinis aut laboribꝫ.s.sudā do expurgatū ñ fuerit: estate succedēte hō piculosi⁹ febribꝫ estuabit. Hoc idē dr etiā Cōstantin⁹ li. de natura morboꝝ. Jdeoqꝫ sicut h tps ɔuenit p corpoꝝ medicina: ita plus ɔuenit p aiabꝫ medēdis p amaritudinē pnie z expurgationē lachrymaꝝ tāqꝫ sudoꝝ atqꝫ laboꝝ opeꝝ bonoꝝ. Unñ Eccl. xviij. Añ languorem. Lyra.s. mortꝫ adhibe medicinā. z añ iudiciū.i. horā mortꝫ: interroga teipm.s.p discussionē ɔsciē: z inuenies in ɔspectu dei ppitiationē. O tu pctōr qd est q times mori in corpore: z nō times mori in aia p pctm: sic facis acsi digitū amputari timeres z caput decollari nō timeres. qz aia vt caput digitū improporcionabiliter pcellit corp⁹. Scdo h pnū tps ē tps plantatiōis. Nam h tpe putanꝫ vinee: eradicanꝫ herbe nociue: z plantanꝫ vinee: herbe z arbusta zc. Sic spūaliter cōuenit vt eradicem⁹ vicia z plantem⁹ in nobis virtutes p pniam. Sz heu multi ɔtrariū faciunt: ɔtra qs chrs Lu. xiij. ponit pabolā d arbore plātata i vinea: z qrēs dñs fructuz in ea z nō īueniēs: dixit cultori. Succide illā: vt qd terrā occupat. At ille. Dñe dimitte illā z h anno vsqꝫ dū fodiā stercora: h est recognitionē pctōꝝ tanqꝫ stercoꝝ. z siqdez fecerit fructū pnie. sin aūt: i futuꝝ succides. Sic in pposito. Tertio hoc est tps renouatiōis.s.tā cursus celi. qz sol iā intrat in pmū signū arietꝫ: qꝫ etiam elementoꝝ z i eis existentiū. Nā aer iam serenaꝫ: aues i aere cantare incipiūt z nidificare ac pullificare: z sic pisces i aqs pcreare: prata z arbores in terrꝫ virescere zc. g conuenit h tpe z hoīes in aia renouari p pniam. qz vt Aug⁹ dicit Jmpossibile est nouā vitā.s. celeste ichoare nisi qs veterꝫ vite.s. pctōꝝ peniteat. O qnta hoīm stulticia pctōꝝ. qz vt dr Hieremie. viij. Milu⁹ i celo: turtur: hirūdo: z ciconia cognoscūt z custodiūt tps aduent⁹ sui. pplꝫ aūt me⁹.s. chrian⁹ nō cognouit iudiciū dñi.s. futuꝝ ɔ impenitētes.

H Circa scdm de cōgruentia institutionis querit Quare ieiuniuz qdragesimale est institutū.s. p hoc pno tēpore seruandū. Cū em chrs dñs nō h tpe ieiunauerit: sed imediate post Epiphaniā Mat. iiij. Mirꝫ est g q ieiuniū qdragesime nō p illo tpe: sed p h tpe verꝫ instituit ecclia scrā. Ad qd rñdeꝫ fm Alex. d Ales z san. Tho. in. iiij. q.s. tpe veris congruenti⁹ institutū est ieiuniū z assumiꝫ ac exerceꝫ pter tres rōnes: non obstante q chrs alio tpe ieiunauit. qz sic voluit z congruit

Prio ppꝫ carnal ɔcupiscētię repssionem
Scdo ppꝫ fideliū ad pasca ppationem.
Tertio ppꝫ pmoꝝ pentū trāsgressionē.

Primo inquā ppꝫ carnalis ɔcupiscētie repssionē Et hāc rōnē ponit Johes Beleth in sūma sua de officio. qz vicz i vere maxie insurgūt z inualescūt mot⁹ carnales z ɔcupiscētię magꝫ accēdunꝫ. Sicut etiam videmus in aialibꝫ z auibꝫ q in vere magꝫ mouenꝫ naturalr ad cōmiscendū p generatione. Et h accidit iō qz put Johes Damas. dicit Jn estate cholera augeꝫ in hoīe: i autūno melācholia: in hyeme phlegma: z in vere sanguis increscit. z sic tūc ex incremēto calidi sanguis ɔcupia accendiꝫ. Jdeoqꝫ hoc tpe verꝫ ɔuenienter ieiuniū est ad repmēdū carnalē ɔcupiscētiā. Jn alijs aūt tēporibꝫ sunt minora ieiunia instituta: vt sūt ieiunia qttuor tempoꝝ q istituit Calixtus papa. lxxvj. dist. c. Jeiuniū. ac Urban⁹ papa. c. di. c. Statuim⁹. vicz i estate i hebdomada pēecostes: vt repmaꝫ cholera iracūdie z fallacie. Choleric⁹ em est naturalr iracūdus z vsut⁹. Jtē in autūno.s. in septēbri vt debiliteꝫ melancholia cupiditatis z

tristicie. Melancholicus em̄ naturalit̄ cu pidus ē & tristis. Denicꝫ in hyeme vt de bilitet̄ phlegma hebetudis & pigricie. Et h̄ fit in decembri. Quartū fit ieiuniū quattuor tēpor in q̄dragesima rōne iā dicta. Et fm̄ Alex. de ales hec ieiunia ꝯueniēt fiūt tri bus diebꝰ iuxta numer triū mēsiū vt satis faciamꝰ in diebꝰ tribꝰ de his pctīs q̄ cōmi simꝰ singul̄ tribꝰ mensibꝰ pcīū anni. Itē fit feria q̄rta ꝑpter memoriā traditiōis chri & feria sexta ꝑpter chri crucifixionē: & sabba to ꝑpter chri quietē in sepulcro: & tristiciā apostolor de nece dñi. Et sic patet. I

Secundo ieiuniū quadragesimale pro verno tpe obseruandū est ꝑpter fideliū ad pasca debitā ꝑparationē. Nam ad festum pasce specialiter debet se ꝑparare populꝰ chriānus: maxime ꝑpter p̄ceptū cōmuni candi eucharistiā: & ꝑpter venerandam pas sionem christi ac resurrectionē quę īvere facta est. ergo ꝯuenienter circa confinium dñice passionis & resurrectionis in vniuer so orbe obseruatio quadragesime aplica institutione obseruatur: vt dicit Isidorus vj. etymol. Quatenus etiā per hoc instru amur q̄ sicut chrīs dñs per suam passionē peruenit ad gloriā resurrectionis: ita et p ieiuniū ac per penitentię opera ꝯuenimus ad gl̄iam eterne beatitudinis. O ergo tu q̄ iaces in pctīs quo peruenies nisi i infer num. Tertio ꝑpter primor parētū trāsgressionē. quia primi parentes peccauerūt in vere fm̄ Alexandrū de ales in secundo volumine sūme ergo tunc ieiunamus: vt si cut ab ipsis gaudijs paradisi per gulā ce cidimꝰ. ita p abstinentiā tunc faciendam ad ea redeamus. Unde canit ecclīa. Pa radisi portas ieiunij tps nobis aperiet: sus cipiamus illud orantes & depcantes vt in die resurrectiōis cū dño gl̄iemur. Hec i of ficio dñice pme. Unde aūt ꝓbat̄ q̄ hō pec cauerit in ver̄ tpe ꝑpter breuitatē articlo tertio resecādo ꝓsequar. K

Circa tertiū de euidentia rōnis qua ꝓbabiliter agnoscit̄ q̄ primꝰ hō in tēpore veris peccauit p gulā: ideocꝫ in veris tpe congrue institutū est pro reme dio peccati ieiuniū hoc ꝑpter capacitatem simpliciū historice ꝓsequamur. Narratur quippe ex quibusdā codicibꝰ Isidori. viij. etymol. repertū ꝑut habet̄ in ara celi in bi bliotheca fratrum Minor: sic vicꝫ q̄ post ascensionē dñi apostoli occupati in pdica tione nil tradiderunt de die quo pasca de beret celebrari. Cum vero ipi ex hoc mūdo transissent: per orbē vniuersum diuersa in troducta fuere ieiunia. Alij em̄ ieiunabāt q̄draginta dies: alij viginti: alij tm̄ quadra ginta horas: omnisꝫ gallia octauo kal. April̄ pasca celebrabat. Orietales vo quo cūcꝫ die mensis martij luna. xiiij. venisset pasca tenebant. Tunc papa Uictor rho manus eps direxit vās autoritatē ad the ophilū cesarie palestine epm̄ vt ex hieroso lyma vbi chrīs dñs fuit ꝯuersatus: pascal̄ ordinatio prouenıret. Tūc episcopꝰ The ophilus adunato concilio sapientum & do ctor dixit eis. Quē diē pmū creditis i mū do creatū. Et concorditer responderūt de die dñico. At ille. Quō ꝓbatis. Responde runt. Ex scptura q̄ dicit. Factū est mane & vespere dies primꝰ. deinde secundꝰ. vlti mo septimus in quo quieuit deus: hoc est in sabbato. Cum ḡ sabbatū sit dies nouis simus quis pōt esse prior nisi dñicus. The ophilus acceptauit: sed iter interrogauit de parte anni quo scꝫ tpe factus sit mūdꝰ Responderūt q̄ in vere. At ille. Probate qd̄ dicitis. Scriptura ait. Germinet terra herbā virentē & facientē semen & lignū po mifer faciēs fructū. & hoc tpe veris vide mus fieri incipi. Theophi. dixit. Uer est. Sꝫ qm̄ in vere tres meses sunt in q̄ illorū mundus cepit esse. Respōderūt. In equi noctio. q̄ scriptura dicit. Fecit deus lucē & vocauit diē: fecit tenebras & vocauit no ctē: & diuisit deꝰ lucē a tenebris. Theophi lus dixit. Quid de luna: an plena sit creata Rñderūt q̄ plena facta est in ꝑncipio. q̄a scriptura dicit. Fecit deus duo luminaria magna &c. Et cū tali inuestigatione in illo ꝯcilio statuerūt pasca non debere celebra ri ante. xj. kal. Aprilis: qd̄ est altero die i mediate sequēti post festū scti Benedicti. Ex istis patꝫ q̄ pmi parētes in vere pecca uerunt. Ideocꝫ tali tpe scꝫ. viij. kal. Aprilis chrīs mortuus est: & nos conuenienter ta li tpe ꝓ amore chri ieiunamus. Rogemꝰ ḡ dñm iesum vt det nobis grām &c. Amē.

Feria sexta post Cinerẜ Ser. iiij. in ordi
ne scʒ de incitatione chri ad conuersionem
a pctis nris faciendā.

Estote et

c vos pfecti sicut et pater
vr celestis perfectus est
Matt. v. ꝛ in euangelio
ho. Uerba sūt hec saluatorꝭ nri iesu. In q
bus hortaꝶ ad scitatē vite pfectā sectādā
exēplo dei oipotentꝭ ꝓ modulo nre infirmi
tatꝭ possibili. Sʒ qm vt dr phs. vij. physi
coꝶ. Unūqdqꝫ pfectū tūc ē cū attingit su
um finē fm ꝯuenientē gradū sui statꝰ: pfe
ctiōis. Finis aūt creatiōis hūane deus est
quē penitētes attigūt p ꝯuersionē pfectā
ad ipm. Unā vt exēpli grā loqmur. Sicut
oculꝰ q factꝰ ē a deo ad videndū nō dr pfe
ctus nisi plenū visū possit hre: sic manꝰ in
opando: sic pes in ambulādo pfectꝰ ē duʒ
pōt facere qd debʒ. Hō ḡ tūc pfectꝰ dr qn
ad finē suū scʒ ad deū attingit: hic p grām
ꝛ i futuro pfectissime p gliaʒ: ipm amādo
laudādo ꝛ possidēdo. Et hec oia inchoan
tur per pniam quā ꝓ his tpibꝫ vt agamus
inuitat eccla. clamāt etiā vba chri i pmisso
themate ꝛ in euāgelio. Itaqꝫ de pnie i-
choande ꝯuersione tria mysteria notabi-
mus ꝓ hoc smone.

Pmū dr chri admonitiōis.
Scdm dr modi conuersionis
Tertiū dr stulte dilationis.

Circa pmū de christi ad

monitiōe scʒ ad pnie ꝯuersionē. Etq hodi
erna dies. feria sexta ē passiōis dnice: Id
circo hodie ex eiꝰ mēoria passionis prose-
quen. smonem aduertendū ē. ꝙ chrs dns
admonet nos ad pniaʒ agēdā quā pcipue
debemꝰ i hͦ tpe facere. Admonet aūt chrs
hoc die passus pcipue qdrupl'r.

Prio ex nre morꝭ icertitudine.
Scdo ex pene ifernal' cōminatiōe
Tertio ex regni celestꝭ pmissiōe
Quarto ex amara crucꝭ passiōe.

L Primo ex morꝭ incertitudine Mat.
xxiiij. Illud autem scitote qm si sciret paꝭ
familias q hora fur ventret. vigilaret vti-
qꝫ ꝛ non sineret perfodi domū suam. Ido-
qꝫ et vos estote parati. qr q hora nō puta
tis filiꝰ hois veniet. Itē Mar. xiij. Vigi-
late: nesciꝭ eñ qn dns veniet: sero: an me-
dia nocte: an gallicantu: an mane: ne cum
venerit rep. inu e. vos dor. Qd aūt vob di
co oibꝫ di. vigilate ꝛc. Sʒ heu ꝙ multi nō
curāt admonitiōes chri sub spe longioris
vite d. Adhuc iuuenis sū: penitere potero
cū ad senectutē puenero. Sʒ tales aduer-
tāt qm (vt Tulliꝰ li. de senectute ait) Fru-
stra inquit sperat adolescēs se diu victurū
Quid eñ stultius ꝙ incerta ꝓ certis hre.
Qm etiā illa etas (scʒ adolescētie vel iuuē-
tutis) plures ꝙ senectꝰ habʒ casus. s. mor-
tis. Faciliꝰ eñ adolescētes morbos icidūt
grauiꝰ egrotāt: tristiꝰ moriunꝶ. hec ille. O
ḡ fatui q speratꝭ ꝙ in magna hebdomada
pniam agerꝭ ꝛ nunc in pctō pseueratꝭ sub
tali spe. qs scit si supuiuerꝭ vsqꝫ ad magnā
hebdomadā: ꝛ si sciretis nōne meliꝰ ē pre-
uenire. qr vt Aug. dic de pe. di. v. c. ij. ꝛ §.
j. Qui agnoscit cito pctm cito inueniet ve
niā ꝑpitiu: q aūt pctm diutiꝰ retinet tanto
auget ꝯtēptū. Exēplū. Petrꝰ chrm negās
cito se recognouit ꝛ miscdiaʒ cito iuenit. Sʒ
iudas tarde scʒ post chri resurrectionem
se recognouit ꝛ miscdiam non inuenit. O
ḡ homo noli eē vt Iudas quem christus
dns noster monuit ad penitentiā tam ver
bo ꝙ osculo dando: ꝙ pedes eius abluen
do: et tamen ille omnia hec ꝯtempsit. Et
nūc te monet chrs verbo in scripturꝭ. Itē
osculo. dando se ad osculandū ꝛ gustandū
in eucharistia: ꝛ pedes abluēdo. i. affectꝰ
p aquas lachrymaꝶ. Nam si hec contēnis
differēdo peribis vt iudas. Secūdo ex
pene ifernalis cōminatiōe: Chrs nos ad-
monet ad pniam Luc. xiij. di. Dico vobis
nisi pniam egeritis omnes simul peribitꝭ.
Et iteꝶ Matth. vij. Omnis arbor. i. hō.
que nō facit fructum bonū excidetꝛ i ignē
. s. infernaleʒ mitteꝶ ꝛc. Et Luce supra po-
niꝶ exemplū de arbore fici plantata in vi-
nea: de q dns pmisit hoc anno vt fodiatur
circa eaʒ scʒ recognoscēdo pctōꝶ stercora
Et si fecerit fructum pnie: bene quidem.
Si autē: excidaꝶ. Amb. Ue mihi si igra
tus fuero. s. chro: ve mihi si pctā mea non
defleuero. qm securis ad radicem posita ē
Faciat ḡ fructum penitentie hō: alioquin

igni tradeꝛ ꝑpetuo. Tertio ex regni celestis ꝓmissiōe. Admonet chr̄s Matth. iiij. di. Penitentiā agite appropinq̄bit em̄ reg. ce. O q̄ntum p̄miuꝫ daꝛ pnie. s. regnū celoꝝ: Nō terrenū: nō vna villa vl' ciuitas sed regnū eternū. O mira hoim demētia ꝓ decē aureis flerēt ⁊ ꝯfiterenꝛ ⁊ pniaꝫ vtiqꝫ facerēt: ⁊ tm̄ ꝓ indicibili thesauro celesti nō faciūt. Iō Bern. li. de interna cōuersatiōe: dr̄. Tribuit mūdꝰ ꝑua ⁊ seruiꝛ ei aut ditate magna. tribuit deꝰ magna: ⁊ eterna ⁊ vix seruiꝛ ei vnica hora. Interdū ꝓ vno numismate vsqꝫ ad morte litigaꝛ. ꝓ celesti aūt regno nec pes a terra leuaꝛ. O stulti ꝗ filij adā ⁊c̄. Quarto ex amara crucꝭ passiōe. Nā q̄re chr̄s passus est baiulās sibi crucē in q̄ mori voluit nisi vt exēplo suo inuitaret nos ad penitentiā. Vñ Matt. xvj. ait Qui vult venire post me abne. se. ⁊ tollat crucē. s. pnie. ⁊ sequaꝛ me. s. in opꝭ bonis. Iō Ber. dr̄: Chr̄us in altū crucis ascēdit vt ab oibꝫ videreꝛ: clamauit fortiꝛ vt ab oibꝫ audireꝛ: clamori lachrymas addidit vt hō cōpatereꝛ: q̄ ad eius clamorē nō cōpungiꝛ: durior est petra ⁊ saxo: grauior inferno: fetidior sepulchro. O ꝗ aīa audi chr̄m de cruce ad te clamātē: Reuertere sunamitis. i. aīa peccatrix. Ecce manus expādi vt te penitētē amplexarer: caput inclinaui ad osculandū te: pedes cōfigi volui vt fugere nequeā te: sanguinē fudi vt abluā a pctīs te: lancea latꝰ apertū teneo vt suscipiaꝫ te ꝑ amorē in corde: ecce dulcissime voco te ad pniam: vlcisci dissimulo: pctā tua penitēti tibi dimitto: insuꝑ grām tribuo: ⁊ gl'iam ꝑpetuā in celo tibi dabo. O ꝗ fidelis aīa recognosce amorē chr̄i ⁊ vocē ⁊ penite. ¶

Circa scd̄m ꝺ modo cōuersionis Notādū: ꝙ passio chr̄i q̄ fuit ꝓ a pnia ꝓ nr̄is pctīs docet nos q̄liter ꝯuertamur ad deū ⁊ veraciꝛ penitere. Nā chr̄us passionē ꝑtulit crucis p̄cipue q̄ttuor modis: ⁊ his modis debemꝰ ⁊ nos penitere.

Primo totaliter.
Scd̄o fortiter.
Tertio amanter.
Quarto ꝑseueranter

Primo inquā totaliꝛ: q: chr̄s totū sanguinē fudit in passione nil reseruās ⁊ totū corpus exposuit dolori: Sic debet hō chr̄ianus totaliꝛ ꝯuerti: ita ꝙ nullū pctm̄ retineat: sed de oibus peniteat. Ioel. ij. Hec dic dñs. Cōuertimini ad me i toto corde vr̄o. Cōtra h̄ peccāt q̄ lꝫ de alijs peniteāt: tm̄ aliq̄ reseruāt vtcꝫ aliena nō restituēdo vel irā tenēdo: vl' scortū nō eijciēdo. Secūdo fortiꝛ: q: fortē ⁊ acerbissimū dolorēꝫ chr̄us ꝑtulit suꝑ oēs martyres. Sic ⁊ hō debet fortiter dolere de pctīs ⁊ castigare vicia Gal. v. Qui chr̄i sunt carnē suā crucifixerūt ꝯcu. ⁊c̄. Vnd ꝓ hoc tp̄e canit ecclesia: Vtamur ꝗ partius verbis: cibis ⁊ potibꝫ: somno: iocis ⁊ artius ꝑstemus in custodia. Vitemꝰ aūt pessima q̄ subruūt mentes vagas: nullūqꝫ demꝰ callidi hostꝭ locū tyrānidi. Tertio amāter: q: chr̄s ex amore maximo ꝓ nobis passus est: in cuius signū cor suū vulnerari voluit: vt dicit Bern. Sic et hō ex amore dei debet penitere vero corde. Vñ Ioel. ij. Scindite corda vestra scꝫ vehemētis doloris: et amoris vulnere ex memoria passiōis xp̄i. ¶ Exemplū narrat magꝛ Nider in sermone: ꝙ quedā sancta mli'er ⁊ deuota his diebꝫ tāto amore cōpatiebaꝛ chr̄o passo ꝙ ꝑ totā q̄dragesimā infirmata parasceues die mortua est: ⁊ tūc dixit filio suo: Triginta anni sunt ꝙ nullā diē p̄termisi q̄n fleuissem ꝓ chr̄i passione: ⁊ sic cōsolata ⁊ leta in chr̄o feliciter migrauit. Quarto ꝑseueranter: vt sicut chr̄s nec amore matrꝭ sub cruce plangētis: nec ad verba iudeoꝝ di. Si chr̄s est descēdat de cruce ⁊ credimꝰ: descendit. Sic homo vsqꝫ ad mortē ꝑseueret in gratia penitētiali ⁊ nolit ꝑpetuo declinare in peccatū. Nam Matth. xxiiij. Qui ꝑseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. O ergo aīa disce hec exēplo chr̄i.

Circa tertiū de dilationis stulticia breuiter sufficiat exēplariꝛ ꝓsequi tm̄modo de stulticia eoꝝ q̄ lꝫ in hac q̄dragesima ieiunēt vel alia deuotiōis oꝑa faciāt: tm̄ ꝯuersionē verā pctōꝝ ⁊ ꝯtritioꝫ differūt vsqꝫ ad finē q̄dragesime: nec curant verā ꝯtritionē antea formare. ¶

Vnde talis dilatio penitentie ostendiꝛ esse stulta: ⁊ a fortiori si ampliorē qs dilatō

nem faciat exẽplo q̃druplici. Primũ exemplũ: Siq̃s vellet p̃ciosissimũ balsamũ infundere vasi vel malmaticũ & hmõi: ip3 vas vidẽs imundũ fore: nõ lauaret antea sed postea q̃ ex illo vase ebibit iam malmaticũ vel euacuatiõi est primũ tũc velit lauare: stultũ vtiq3 esset. Sic q̃ volunt sacra ieiunia & alia bona facere sine p̃cedẽti ɔtritiõe. Scdm exemplũ: Siq̃s p totã q̃dragesimã vellet laborare in vinea: & q̃libet die p p̃cio accipe monetas malas nil vel parũ valẽtes vellet: sed tm̃modo in vltima hebdomada vell3 bonas accipe: nõne stultus esset. Sic in ɔposito. Tertiu3 exemplu3: Siq̃s fedata manu p stercora cũ rege in mensa comederet & nõ nisi in fine prandy se lauaret: stultus esset. Applica sic in ɔposito. Quartũ de thesauris: quia & chr̃s dñs in euãgelio p̃me diei quadragesime admonuit nos dicẽs. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Matt. vj. Sed dato q̃ aliquis condens thesauros reponere quolibet die centum aureos in capsa: & fur q̃tidie totidẽ ex eadẽ capsa tolleret: & cũ vltimo die vel citra oĩbus furatis thesaur9 iã vacue capse seras & vectes apponeret: nõne stulte fecisset q̃ sciẽs p̃us apponere neglexisset. Sic in ɔposito applica. O q̃ charissimi rogem9 dñm &c.

Sabbato post Ciner. Sermo quart9 sc3 de penitẽtie dilatione piculosa: & q̃ fatuũ sit differre & iniquũ.

Quotquot tã gebant eum sc3 Jesum salui fiebant Marc. vj. & in euangelio hodierno. Spiritualiter: q̃tquot tangunt Jesum: salui fiunt. s. tangẽdo corde in vere penitẽtie dolore & amore. Nã vt Ber. dicit: Duo sunt inq̃t brachia quib9 amplexamur chr̃m iesum. s. timore reuerẽtiali: & amore filiali. Sed timor incitat peccatorem ad dolendũ de peccatis: & amor verã penitentiã ɔsũmat tanq̃ finis p̃cepti q̃ est charitas: vt patz. j. Tim. j. Nam ideo penitentiã agere debem9 vt deũ diligamus Unde optime dicim9: q̃ quotq̃t fideles tangunt Jesum sc3 p vere penitẽtie gr̃am salui fiunt. vt dicit hoc euangeliũ. Ex quo aũt sunt multi q̃ nolunt chr̃m p penitẽtiã tangere cũ possent: sed differunt de die in diẽ: et sic a diabolo decepti pibunt: nec salui fiunt. Jdarco de dilatiõe sacre pnie in hoc sermone ageñ. tria mysteria notabi9.

Aliud thema si placet habes intra sermonem.

Primũ dicit̃ piculositatis.
Scdm dicit̃ fatuitatis.
Tertiũ dicit̃ iniquitatis. P

Circa primũ de periculositate Notandũ: q̃ q̃uis vt mg̃r in. iiij. di. xx. dic̃: melior sit penitẽtia sera q̃ nulla: tñ vtiq3 summe piculosum est pniam differre tm̃modo ad extremũ vite & nolle penitere in tp̃e sanitatis. Quapropter scribitur Eccl. v. Ne tardes ɔuerti ad dñm: et ne differas d̃ die i diẽ: subito ei vẽiet ira illi9. Et hoc põt esse thema. Sunt aũt p̃cipua tria picula dilate pnie.

Primũ est difficultatis.
Scdm est dãnositatis
Tertiũ est dubietatis.

Primũ piculum difficultatis: q2 vt Magister vbi sup ca. j. dicit: Timendũ est de penitẽte sero: maxime cũ filij q̃s illicite dilexit sunt p̃sentes & vxor & mundus ad se vocet. Periculosu3 itaq3 est & interitui vicinũ ad mortẽ ptrahere penitẽtie remediũ. Difficile eñ est vt sit vera penitentia tũc quãdo cruciatus membra ligat & dolor sensum opprimit vt vix hõ aliq̃d cogitare valeat. Hec ibi. Ratio huius est: q̃a vt Aug9. sermone de innocẽtib9 dicit: Justo dei iudicio hac aiaduersione peccator pcutitur: vt moriẽs obliuiscat̃ sui: qui du3 viueret oblitus est dei. Et Ciprianus de peni. dist. vij. §. Hoc aũt. dicit: q̃ iusto dei iudicio nõ est dignus in morte accipe solacium qui se in vita nõ cogitauit moritur9. O dur9 dictum. Sed hec vt magr̃ vbi s̃. ostendit sic intelligenda sunt: q̃ q̃uis in fine vere penitere sit difficile: si tñ ex dei misericordia inspirat̃ aliq̃s: tũc vera penitẽtia hominẽ liberat: l3 p multos ignes vel penas: & exemplu3 ponit de latrone iuxta christum. Secundũ periculũ dãnositatis. Certũ est eñ q̃ talis multa dãna me

ritoꝝ incurrit: ⁊ multa bona interim que ſcʒ in gratia feciſſʒ vel facere potuiſſet ad p̄mia vite eterne. ¶ Sicut eñ cuʒ aliqs eſt excōicatus nil pcipiet de ꝓuentibus ſuoꝝ beneficioꝝ q̄diu manet excōicatus. Exemplū de appellationibꝫ ca. Paſtoralis. Sic peccator de bñficijs dei ⁊ eccleſie ſuffragijs ac meritis paſſionis chr̄i nil ꝑcipit q̄diu ſtat in pctō mortali tanq̄ a deo excōicatus. Iuxta illud Ps. Maledicti q̄ declināt a mādatis tuis. ¶ Tertiuʒ ꝑiculum dubietatis: q2 penitētia ſolū in extremis eſt dubia: ⁊ videt̄ coacta timore pene: et ꝑ ꝯñs falſa: nec ſalutifera. Nimirꝫ vt dicit Aug⁹. Penitētia in morte raro vera. Nec inuenit̄ in ſcrͥptura canonica niſi vnus ſcʒ latro qui in fine vere penituit. Ille vt nullus deſperet: Solus: vt null⁹ p̄ſumat: quia in ſano hoīe penitentia eſt ſana: in infirmo infirma: in mortuo mortua ⁊c̄.

Unde ponit idem Aug⁹. allegat̄ a Mgr̄o vbi ſup. et etiā de pe. di. vij. in p̄ncipio dr̄: Si qs poſit⁹ in vltima neceſſitate ſue egritudinis voluerit accipe pniam ⁊ accipit: ⁊ mox recōciliatur ⁊ vadit hinc: fateor vob: non illi negamus qd petit: ſed nō p̄ſumimus q̄ bene hinc exit: ſi ſecur⁹ hinc exierit ego neſcio: pniam dare poſſumus: ſecuritatē nō dare nō poſſumus. Nunquid dico dānabitur: ſed nec dico liberabit̄. Uis ḡ a dubio liberari: age pniam dum ſanus es: quia pniam egiſti eo tp̄e quo peccare potuiſti. Si vis agere pniam qñ iam peccare nō potes: peccata te dimiſerūt: nō tu illa. Itē due res ſunt: Aut ignoſcit̄ tibi: aut nō: quid hoꝝ ſit tibi futurꝫ: neſcio. ergo tene certū: dimitte incertū. Hec Aug⁹. ¶ ergo homo peccator noli differre penitere ne in dubio ꝑeas.

R Circa ſcdm de fatuitate eoꝝ q̄ differūt penitere. Et ꝑ hoc nota q̄ t̄les ꝑcipue triplici fatuitate laborāt

Prima dr̄ abbreuiationis.
Scd̄a dr̄ ruinationis.
Tertia dr̄ ceſſationis.

Prima fatuitas: quia ſicut fatuus eſt qui ſcʒ quadragita aut quinquaginta annis iacere vellet mortali languore infirmitatis et nolle ſanari: ſed hora tm̄modo mortis vita ſana fungi: ⁊ tam breui tēpore ſcʒ diei vel hore: aut aliq̄t dierum paucoꝝ: et iterū mori ſub dubio perpetue mortis. Sic fatuus eſt qui vult in languore mortali annis iacere toto tp̄e: ⁊ breui tm̄modo tēpore in extremis viuere ⁊ ſic mori. Nam peccatū mortale eſt anime mors Rom. vj. Stipendia peccati mors. et Ezech. xviij. Aīa que peccauerit ipa morieẗ. Sed penitentia eſt gr̄a viuificans aīam. ¶ Secunda fatuitas ruinatiōis. q2 vt Grego. dr̄: Peccatū qd̄ citius ꝑ penitentiā deletū nō fuerit: mox ſuo pondere ad aliud trahit ⁊ ruere facit. Stultus ḡ reputat̄ aliquis ſi ſciens ſe comburendū: ſibi ſarcinā lignoꝝ accumulat ⁊ ſupaddit. Sic ī ꝓpoſito. Exēplum de viſione ſancti Arſenij in Vitaſpatꝝ. ſ. de eo qui ligna ſecabat ⁊ in ſarcinā alligabat: tentabat leuare ⁊ portare ⁊ nō poterat: ⁊ adhuc p̄la ligna ſupalligabat: et totiens hoc fecit q̄ omnino corruit ſub onere. Et angelus expoſuit ſuo modo de peccatoribꝫ ſibi ad inferni ignē peccata ſupaddentibꝫ. ¶ Tertia fatuitas dr̄ ceſſatōnis: quia peccatoꝝ ſtulta cogitatio ſubito ceſſat: ⁊ morte inſperata quicqd p̄meditatur de longa. ſ. vita: de domo palacij: de filijs: de diuitijs: ceſſat. vt patet Luc. xij. de diuite qui cogitabat ampliare horrea: cōgregare multa: comedere ⁊ bibere ⁊ redeſcere: ⁊ tamē illa nocte dictū eſt ſibi inſperato: Stulte hac nocte repetent a te animam tuam et que congregaſti: cuius erūt. Ue ergo talibus. Cartuſij Romane

S Circa tertiū de iniquitate dilationis penitēte Notanduꝫ q̄ peccator differens pniam iniquus dr̄ eſſe triplici ꝑcipue iniquitate 1571

Primo ꝯtra deū et celeſtē curiā
Scd̄o ꝯtra ꝓpriam aīam
Tertio ꝯtra oēm creaturā

Primo inq̄ ꝯtra deū ⁊ celeſtē curiā. Naꝫ differēs pniam ad ſenectutē vel mortē horā: deteriorē ptē vite ſue. i. ſenectutē ⁊ finē vite deo reſeruās: dat ⁊ immolat diabolo meliorē. ſ. iuuētutē. ideoq̄ iniqu⁹ eſt ꝯ̄ deum: imo ⁊ maledict⁹. Malach. j. ca. Maledictus doloſus q̄ in grege ſuo habꝫ maſculū. i. aial bonū: ⁊ forte ⁊ aptū imolatōi:

et immolat debile dicit dns. Denicq extra toti celesti curie gaudiu est sup vno pctore pniam agete Lu.xv. talis agit iniq cotra chim z btam virgine Maria z ptra oes angelos ac btos: q qntu in se est no auget illoz gliam z gaudiuz accidetale de se: qd fieret penitedo. Scdo iniqu' est talis cotra ppria aiam sua: q tadiu differendo vult poti' habere aiam mala q bona: z se ipm seruu q libez: in statu latronis q in statu regis: z inutile q multu valentem. pctm em facit in hoie hec oia. Tertio p oem creatura: q vt Aug. dt: Offenso creatore offendit ois creatura: sicut rege i facie pcusso oes serui fideles offendunt. Et q sepe de' pter impenitentia hoim punit etia creaturas alias. Na pter peta pmoruz parentu terra fuit maledicta a do. Item pter peccata hoim tot' mudus diluuio deletus est. Ite pter peccata iudeoru chim crucifigentiu sol obscurat' est zc. O g pctores expgiscimi z festinate ad penitentia. ¶ Ut aut couersionis gram ho a deo obtinere possit: multu valz serui tus deuotiois beate matris dei. Sicut legitur exemplu de hoc in libro apum. z in Spe.exem.lit. dist.v. q iuuenis quidam mortuis paretib hereditate tota in ludis et tabernis dissipauit z vagabudus ferebatur: nec patrui sui monitiones curabat: nec deuz: nec pniam suscipe volebat. Cui tande semel patru' dixit: Chare frater: faceres ne aliqd p me: Cui ille Utiq. At ille: Uolo vt gliosam virgine Maria salutes qtidie.l. Aue Maria dicedo. Cui cachinado rndit: Hoc semel tmmodo facia z no omi die. Patru' institit z vix illu induxit vt oi die facerez salte festo q tenet ire ad ecclam. Et post annu visus est statim mutat' a vecordia z vanitatu sceqla. Tandem patru' institit vt duplicaret salutationes. Quo facto magis fact' est stabilit' Et tande induxit vt triplicaret dicedo.d. Aue maria. Cosentit ille iuuenis z fact' est oino stabilis in bono. Patru' g sposaz illi copulauit: Et du vicinis z amicis cuenietib sederet in mesa sposus z sponsa: iuuenis recordat' est q illo die no psoluisset salutationes beate Marie: Et surges de mensa intrauit thalamu: z cepit orare. Et ecce apparuit illi gliosa virgo lucidior sole ostendens tres togas.i.pallia: aureis litteris pscriptas di. Ecce salutatoes tue cosepte lut quib me honorasti: scito q tertia die venies ad me in celu. Et sic dispaa ruit virgo. Iuuenis g intras ad couiuiuz letabat. Tande tertia die du alij epularetur: iuuenis iste febre correptus lectu ascedit: z qd sibi ptigerat: couocatis patruo: sponsa: z aliqbus narrauit: cofessusq sacerdoti coicauit: z beate virgini se comedans feliciter migrauit. Sponsa vo eius in sancta virginitate ppetuo mansit. Ecce g pz q bonu est seruire virgini. Rogem' g dominu Iesum chim zc.

Dnica pma qdragesime in mane Sermo qntus q ad pcedentes .s. de penitetie valore saluberrimo.

D Uctus est iesus in desertu a spu Matt.iiij. et in euag.hod. Dns iesus volens nobis exemplu pbere salutis: duct' e a spusctõ in desertu ad faciendu penitetia maxima ieiunado: vigilado: orando: sine lecto in nuda terra dormiedo: estui: vento z pluuijs se sine cella exponedo: inter scorpiones: serpentes: z feras q in illo deserto abundant iacedo: qtus eius exeplo aiaremur nos ad pnie opa. Et ad hec oia ductus dr: a spusctõ fm Nicola. de Lyra. et oes expositores: q vt scribit Roma.viij. Quicuq spu dei agunt: hi filij di sut. Sz qm diabol' p oe bonu tetator stati adest vt impediat. Ideo Eccl.ij. Fili accedens ad seruitute dei sta in timore z ppara aiaz tua ad tentatioez. Propterea z chis tetatus est: sed vicit vt nobis exemplu z virtute vincedi daret: vt patz in euagelio

Textu z expositioez euagelij z qstioes circa ea vide alibi: hic em ptranseo ob breuitate: quia latius tractabo deo dante in alio quadragesimali: sermoe de tentatioe

Itaq exo chis suo exemplo penitedo in deserto inuitat ad penitentia faciendaz. Idcirco de ipa tria mysteria notabimus in hoc sermone agetes.s. de sacre pnie saluberrimo valore.

Primū dr diuine acceptatõis.
Scōm dr diffinitiue cognitiõis
Tertiū dr mirifice opatiõis. ¶

Circa primū d̄ acceptatione pnie apd deū inqrendū est z declarandū q̄lib; signis ondi possit q̄ de⁹ bndictus multū acceptat et amat pctoꝝ hoim pniam. Ad qd videndo notem⁹ plura sig̃ dilectiõis di ad penitentē Primū signū pdicatiõis chri z pme monitiõis: qz dei filius veniēs in mūduz p salute hoim: pmo oim incepit pdicare de pnia Matth. iiij. Cepit iesus pdicare z dicere: pniam agite appropinq. em regnū zc. Ecce charissimi q̄ntū amat chrs pniam hoīs: qz pmo oim ad eā monet pdicādo z p ea regnū celoꝝ pmittit di. Appropinqbit em regnū celoꝝ.

Scōm signū apriõis. s. ianue celestī: qz de⁹ nulli hoim celū apire voluit anteq̄ filius dei dñs iesus pniam durissimā egit p pctis hoim. Per ɔtrariū ad oia pctā. s. ɔ supbiam hoīs se humiliādo: ad sustinēdā mortē turpissimā crucis: z abiectā. Itē ɔ auariciā: nudus pependit z vestimēta sua crucifixorib; diuidēda reliqt. Itē ɔtra luxuriā: in virgineo corpe de plāta pedis vsq̄ verticē: vulnerib; z dolorib; plenus extitit. Itē ɔ irā: p crucifixorib; orauit. Contra gulā: felle cibat⁹ z aceto potatus est. Cōtra inuidiā: manus expādit ad amplexandū: caput inclinauit ad osculanduz: et cor vulnerari pmisit ad cordialē amorem erga oēs penitētes ostēdēndū fm Bern. Itē ɔtra acidiā: vsq̄ ad mortē in cruce pseuerauit fortr. O g̃ homo z tu exemplo chri age pniam vt ameris a chro z obtine as celū. Tertiū signū miseratiõis: quia plus facit miscdiam de⁹ ad vnicā verā penitentiā q̄ faceret ad intercessiões oim sctoꝝ. Nā si vnus hō in pctō mortali exñs nollet penitere: tali de⁹ pctā nō dimitteret etiāsi omes sancti z btā virgo p illo intercederēt: sz si penitet: etiā null⁹ sctoꝝ p eo intercedat statim de⁹ pctā misericordiť dimittit. Ezech. xviij. Quacūq̄ hora ingemuerit hō nō reminiscor oim iniqtatuz eius dicit dñs. Quartū signū amicatiõis: qz si vnus hō totius mūdi pctā fecissz et esset q̄ntūcunq̄ maxim⁹ dei inimic⁹: sic est diabol⁹: talis si penitet: mox de⁹ bndictus ipm in amiciciā recipit z grām ei dat in pñti: z pseuerāti gliam in futuro. Exem de latrone in cruce pus chrm blasphemāte z conuiciāte: put habet Matth. xxvij. z Mar. xv. Sz postea visa chri pnia: vt dic Lyra: penituit: z chrs ei dixit: Hodie mecū eris in paradiso. Luc. xxiij. Quintuz signū inimicatiõis. s. hois a pnia declinātis qz hō q̄ntūcūq̄ deo dilect⁹ sitz amic⁹: si a pnia declinauerit in pctm mortale: statim de⁹ habebit euz p inimico z subtrahit ab eo grām suā. Nā etiāsi apls aliqs vel beatus p impossibile peccaret in celo: statim inimic⁹ dei fieret: sicut z Lucifer peccauit z a deo eiect⁹ ē cū oib; suis cōplicib;. O g̃ chrīane aduerte q̄ntū te ds diligit si pniaz egeris: z q̄ntuz odit si nō egeris.

¶ Circa scōm de diffinitione pnie vt cognoscam⁹ qd sit pnia q̄ do est tāaccepta z gratissima ac nobis salutifica Aduertendū q̄ q̄uis varie dent de ea diffinitiões: tñ magistralis z potissima est quā ponit Mgr in. iiij. dis. xiiij. vbi dr sic: Penitētia est virtus vł grā q̄ cōmissa mala cū emēdatiõis pposito plangim⁹ z odimus z plāgenda iteꝝ cōmittere nolum⁹. Et cōsimiliť diffiniūt pniaz Greg. z Ambro. de pe. di. iij. §. j. in pncipio. Ex q̄ diffinitione dant nobis pcipua qnq̄ documēta de sacra pnia Primū: q̄ penitēs dz de cōmissis pctis suis dolere. Ido dr: q̄ cōmissa mala plāgim⁹ z odim⁹. hoc est fm Scotū: peccasse nolle: vł displicere q̄ peccauit: siue pctm detestari. Vñ nō sūt penitētes q̄ delectātur in pctis vł placet eis q̄ peccauerūt: lz tales ɔfiteant. Scōm est q̄ penitēs dz pctā velle punire sicq̄ emendare. Ido addit: cū emēdatiõis pposito: vt idez Scot⁹ dicit eadē dist. Vn Isid. lib. Ety mol. ait: Penitētia appellať quasi punientia: eo q̄ homo in se penitendo punit quod male admisit. Unde illi qui etsi doleant de peccatis: tamē nolūt emēdare p ɔfessionē verā et satisfactionē debitā vł restitutionē ablatoꝝ: nō dicunť penitentes.

Tertiū est q̄ penitēs debet ppositū cauendi de cetero habere. Ido addit: z plāgenda. i. peccata mortalia iteꝝ cōmittere

nolum⁹. Unñ illi q̃ adhuc aliq̃n voluñt pec care nõ sunt penitẽtes. Exemplũ: Si tibi morbido vel intoxicato daref al'q̃ medici na q̃ morbũ vel venenũ expelleret cuomẽ do ꝛc̃. tñ naturã nõ caueret a morte stati vel de pximo subseq̃nti anutilis sic eẽt me dicina talis. Sic lʒ hõ doleat peccata sua ꝛ confiteaf: tñ si nõ vult cauere: nõ sufficit ad euadendũ mortẽ eternã. Quartũ est ꝙ penitẽs debet pdicta facere ex electiõe ꝛ nõ coacte sed voluntarie. Ideo penitẽtia dr̃ in diffinitiõe: virtus: q: est actus virtu tis meritori⁹ vite eterne. Unñ Phus. viij. Ethic̃. dicit. ꝙ pncipale in virtute morali est electio. Ideo ad verã penitentiã req̃ri tur motus liberi arbitrij cũ gratia concor dans. Unde q̃ coacte penitẽt vel penitent tiã aut penã p pctis inflictam nõ sufferũt patiẽter: nõ sunt penitẽtes veracit̃: vt patʒ p Scotũ sup. Quintũ est: ꝙ penitẽs ve re habet gratiã dei possidere. io dicit ꝙ pe nitentia est gratia. Et hoc fm̃ Alexan. de Ales: intelligendũ est nõ essentialit̃: q: pe nitẽtia ꝛ grã nõ sunt idem essentialit̃: sʒ in telligendũ est causatiue. q: sicut grã habʒ iustificare ꝛ gratũ deo reddere peccatorẽ Sic ꝛ penitẽtia eosdẽ effectus habet in hoie causare. y Unde aduertendũ: ꝙ pnia melior est ꝛ maior multiplici grã.

Primo eñ p̃ualet q̃ȝ grã pphetie: quia pphetare põt etiã reprobi: vt Caiphas fe cit ꝛ Balaã ppheta. Et etiã diabol⁹ mul ta occulta põt pdicere: vt Aug⁹. dicit. ij. su p Genef. et incãtatores ꝛ hmõi. Sed ve ra pnia est bonoꝝ ꝛ salutis signũ: in q̃ qs moriẽs nõ põt dãnari. g̃ ꝛc̃. O g̃ tu homo plus debes pñiam appetere q̃ȝ pphetare.

Scdõ pnia p̃ualʒ gratiã eiiciẽdi demo nes. q: hoc etiã mali chr̃iani pñt facere p nomẽ chr̃i: vt patʒ de Juda: ꝛ de quodaʒ Mar. ix. ꝛ alijs. Sed pniam agere veraʒ nõ põt qs nisi deo gratus. Tertio pnia p̃ualet etiã vnica q̃ȝ facere queq̃ȝ miracla: mortuos suscitare: infirmos curare: et q̃ q̃ȝ hmõi. q: hec nõ faciũt deo gratũ. Unñ Matth. vij. chr̃s dicit: Multi dicẽt mi hi in illa die: Dñe nõne in noie tuo pphe tauimus ꝛ demonia eiecimus ꝛ virtutes multas. i. miracula fecim⁹. et tũc ꝯfitebor illis: quia nõ noui vos: discedite a me ꝛc̃.

Sed pnia gratũ facit deo ꝛ eternã salutẽ tribuit. O g̃ hõ noli q̃rere gratiã miracu loꝝ sʒ potius pniaȝ: q: vna ꝯtritio vl' vna ꝯfessio ꝛ satisfactio p̃ualet oĩa illa. O g̃ sa cra pnia q̃ntũ te debemus amplecti sine q̃ nec etiã alia sacramẽta: puta baptism⁹ ꝯ firma. io: or: do: eucharistia: matrimoniũ: vnctioq̃ȝ extrema valẽt ad salutẽ. ℞

Circa tertiuʒ de penitẽ

tie mira opatione cõsiderandũ est: ꝙ pnia mlta ꝛ maxima mirabilia põt efficere ad salutẽ. ideo est diligenda.

Primo quidẽ in hoie impio.
Scdõ in hoie iustificato.
Tertio in mortis termino.
Quarto in purgatorio.
Quinto in inferno.
Sexto in celo.
Septimo in ipo deo altissimo.

Primũ quidẽ in impio: q: pnia impiũ vel pctõreʒ iustificat. Aug. aũt sup Joã. dc ꝙ mai⁹ est vnũ iustificare impiũ q̃ȝ õ nihilo creasse mundũ. Ratio: q: in creãdo mun dum de⁹ nulluʒ habuit adiutoriũ. sed tñ dixit: ꝛ facta sunt oĩa q̃ voluit: vt dicit ps̃. Sed in iustificãdo impiũ req̃rit de⁹ libeꝝ arbitriũ ꝯsentiẽs homis. Nã q̃ creauit te sine te: nõ iustificabit te sine te. vt Augus. vbi s̃. dicit. Itẽ quia in iustificãdo nõ suf fecit vt de⁹ dicat: sed ꝛ oportuit dei filium incarnari ꝛ multa pati: vt sic sanguine et morte iustificaret impios. Scdõ in hoie iustificato: q: pl⁹ facit pnia mereri in vni ca hora q̃ȝ peccator possit mereri mille an nis. Nimirꝫ queri potest: Utrꝫ pnia sit po tens ad oĩa: vtpote infinite virtutis. Rñ detur: ꝙ pnia est infinite potestatis vl' vir tutis: qõ ostendit fm̃ Tho. in. iiij. dist. xv. ar. ij. Et etiã Bonauẽ. ꝛc̃. q: culpa cõtra deũ cõmissa est infinita inq̃ntum est ꝯtra deũ infinite maiestatꝫ. ꝛ etiã inq̃ntũ obli gat ad penã gehẽne q̃ ẽ infinita a pte post: vtpote ppetua: ꝛ tñ pnia satisfacere põt p pctis infinite grauitatꝫ ex infinita dei mi sericordia acceptãte: adeo ꝙ etiãsi qs oĩa scelera toti⁹ mũdi cõmisisset: p verã pniaȝ sibi remitterẽtur: g̃ pt oĩa q̃ sũt ad saluteȝ necẽaria. Exceptis aliq̃bq̃ nõ licʒ redire p pniaʒ: q: nec sũt saluti necessaria: tñ i al

quo equalenti pōt ꝛ illa abundant lucrari hō. Primū est ꝙ ṽginitatē ꝑditā nō potest recuperare. tñ hō ꝓ hoc pōt p̄nia essentialia maiora adqrere. vt patꝫ de magdalena q̄ ꝑ pniam sublimari meruit p̄ multꝭ ṽginibꝫ. Secundū est ꝙ tp̄s ꝑditū non pōt restituere. tñ pōt ꝓ eo abūdantiꝰ satisfacere. vñ lꝫ senex nō possit iuuenescere: tñ pōt penitere ꝛ satisfacere de iuuentute male ꝑdita. Tertiū est ꝙ aïas finali sñia a deo damnatas nō pōt eripe ex inferno. tñ pnia pōt in vita ista p̄seruādo eripe ne dānēt talis. Ex istis patet mira virtus sacrę pnię. ꝛ Tertio in mortꝭ termino pnia facit mira. qꝛ si qs a p̄ncipio mūdi vsqꝫ finē semꝑ in pctis vixisset ꝛ in termino mortis verā pniaꝫ faceret: statim ꝑ pniaꝫ mereret gratiam ꝛ salutem ęternaꝫ. Sed forte di. Quare ḡ volo penitere ante terminū mortis: cum in mortꝭ hora possim lucrari salutē ęternaꝫ. Ad id rñdet ꝙ festinare debes nunc ad pniam. qꝛ vt Augꝰ ait. Qui veniam ꝓmisit. s. deus: diē crastinā nō spopondit. Vñ nescis qñ morieris Et sic in pctis morte p̄uentꝰ in ęternū ꝑibis. Exemplūꝫ cape ex lege ciuili. ff. Arbor furtim cesar. l. Si plures. in. ff. nouo casus notat ꝛ iudiciū dat: ꝙ. s. arbor sit illius in cuiꝰ horto viuit ꝛ radices habet. ꝛ non illiꝰ ꝑsus cuius terram declinat qñ scindit. Sic est iustum dei iudiciū de hoīe ꝙ qui in p̄nti vita viuit in terra diaboli per pctm̄ ꝛ ibi sꝑ fixit radices amoris ꝛ cordis sui: talis ꝛ si in scissiōe mortꝭ declinet ad dei terram penitēdo s̄m signa exteriora tñ ex timore mortꝭ: vtiqꝫ adiudicabit diabolo: nō deo. nisi tunc vere penituerit ex dei amore: ꝛ sic radicē illuc fixerit. quod solus deus facit: ꝛ in rarꝭ: ꝛc.

Quarto i purgatorio facit mira. qm̄ penitentia pōt esse tāta ꝙ totū reatū purgatorij delet. vt patebit in alijs sermonibus

Scd̄o pnia p̄ualz gratiā ejiciēdi demo nes. q: hoc etiā mali ch:iani pn̄t facere p̄ nomē ch:i: vt patz de Juda: z de quodaz Mar. ix. z alijs. Sed pniam agere veraz nō pōt q̄s nisi deo gratus. Tertio pnia p̄ualet etiā vnica q̄ facere quecq̄ miracla: mo:tuos suscitare: infirmos curare: et q̄ q̄ hm̄oi. q: hec nō faciūt deo gratū. Un̄ Matth. vij. ch:s dicit: Multi dicēt mi hi in illa die: Dñe nōne in noīe tuo p̄phe tauimus z demonia eiecimus z virtutes multas. i. miracula fecim⁹. et tūc p̄fitebo: illis: quia nō noui vos: discedite a me zc̄.

Sed pnia gratū facit deo z eternā salutē tribuit. O ḡ hō noli q̄rere gratiā miracu lo: sz potius pniaz: q: vna p̄tritio vl' vna p̄fessio z satisfactio p̄ualet oia illa. O ḡ sa cra pnia q̄ntū te debemus amplecti sine q̄ nec etiā alia sacramēta: puta baptism⁹. p̄o firma. io: o:do: eucharistia: matrimoniū z: vnctioq̄ extrema valēt ad salutē.

Circa tertiū de penitē

tie mira opatione cōsiderandū est: q̄ pnia mlta z maxima mirabilia pōt efficere ad salutē. ideo est diligenda.

Primo quidē in hoīe impio.
Scd̄o in hoīe iustificato.
Tertio in mo:tis termino.
Quarto in purgato:io.
Quinto in inferno.
Sexto in celo.
Septimo in ip̄o deo altissimo.

Primū quidē in impio: q: pnia impiū vel pctō:ez iustificat. Aug. aūt sup̄ Joā. dē q̄ maī⁹ est vnū iustificare impiū q̄ d̄ nihilo creasse mundū. Ratio: q: in creādo mun dum de⁹ nullū habuit adiuto:iū. sed tm̄ dixit: z facta sunt oia q̄ voluit: vt dicit ps̄. Sed in iustificādo impiū req̄rit de⁹ liberū arbitriū p̄sentiēs homis. Nā q̄ creauit te sine te: nō iustificabit te sine te. vt Augus. vbi s̄. dicit. Itē quia in iustificādo nō suf fecit vt de⁹ dicat: sed: opo:tuit dei filium incarnari z multa pati: vt sic sanguine et mo:te iustificaret ipios. Scd̄o in hoīe iustificato: q: pl⁹ facit pnia mereri in vni ca ho:a q̄ peccato: possit mereri mille an nis. Nimirū queri potest: Utrū pnia sit po tens ad oia: vtpote infinite virtutis. Rn̄ detur: q̄ pnia est infinite potestatis vl' vir tutis: q̄d ostendif s̄m Tho. in. iiij. dist. xv. ar. ij. Et etiā Bonauē. zc̄. q: culpa cōtra deū cōmissa est infinita inq̄ntum est p̄tra deū infinite maiestatē. z etiā inq̄ntū obli gat ad penā gehēne q̄ ē infinita a p̄te post: vtpote p̄petua: z m̄ pnia satisfacere pōt p̄ pctis infinite grauitatē ex infinita dei mi serico:dia acceptāte: adeo q̄ etiāsi q̄s oia scelera toti⁹ mūdi cōmisisset: p̄ verā pniaz sibi remitterētur: ḡ p̄t oia q̄ sūt ad salutē necēaria. Exceptis aliq̄b9q̄ nō licz redire p̄ pniaz: q: nec sūt saluti necessaria: tn̄ i al

quo equalenti pōt ⁊ illa abundant lucrari hō. Primū est q virginitatē pditā nō potest recuperare. tñ hō p hoc pōt pnia essentialia maiora adqrere. vt patz de magdalena q p pniam sublimari meruit p multis virginib. Secundū est q tps pditū non pōt restituere. tñ pōt p eo abūdanti9 satisfacere. vñ lz senex nō possit iuuenescere: tñ pōt penitere ⁊ satisfacere de iuuentute male pdita. Tertiū est q aïas finali sñia a deo damnatas nō pōt eripe ex inferno. tñ pnia pōt in vita ista pseruādo eripe ne dānet talis. Ex istis patet mira virtus sacre pnie. ⁊ Tertio in mortis termino pnia facit mira. qz siqs a pncipio mūdi vsqz finē semp in pctis vixisset ⁊ in termino mortis verā pniaz faceret: statim p pniaz mereret gratiam ⁊ salutem eternaz. Sed forte di. Quare ḡ volo penitere ante terminū mortis: cum in mortis hora possim lucrari salutē eternaz: Ad id rñdet q festinare debes nunc ad pniam. qz vt Aug9 ait. Qui veniam pmisit. s. deus: diē crastinā nō spopondit. Vñ nescis qñ morieris Et sic in pctis morte pueni9 in eternū peribis. Exemplū cape ex lege ciuili. ff. Arbor furtim cesar. l Si plures. in. ff. nouo casus notat ⁊ iudiciū dat: q. s. arbor sit illius in cui9 horto viuit ⁊ radices habet. ⁊ non illi9 versus cuius terram declinat qñ scindit. Sic est iustum dei iudiciū de hoīe q qui in pñti vita viuit in terra diaboli per pctm ⁊ ibi sp figit radices amoris ⁊ cordis sui: talis ⁊si in scissiōe mortis declinet ad dei terram penitēdo fm signa exteriora tñ ex timore mortis: vtiqz adiudicabit diabolo: nō deo. nisi tunc vere penituerit ex dei amore: ⁊ sic radicē illuc fixerit. quod solus deus facit: ⁊ in raris: ⁊c.

Quarto i purgatorio facit mira. qm penitentia pōt esse tāta q totū reatū purgatorij delet. vt patebit in alijs sermonibus

Quinto in inferno. qz ppetuā penā ibi debitā pctō siqs penitet in pñti vita sibi cōuertit in tpalem: ⁊ vna hora pro illa satisfacere pōt. Sexto in celo qz oēs angelos ⁊ btōs miro mō letificat. Lu. xv. Gaudiū ē angelis ⁊c. Septimo in deo. Vnde Bern. O felix lachryma penitētiū tu inferni ignē hoīb extinguis: tu celū reseras: tu btōs viuo cōuiuij letificas. ⁊ qd supremū est: tu vincis deū inuincibilē ⁊ ligas oīpotētē. Hec ille. Nā de9 dr ligari ⁊ vinci p penitentiā. qz ex liberali pmissione qsi cogitur parcere penitēti ⁊ sñiam mutare. vt patz i exēplo de Niniuitis. Itē de Achab humiliato ⁊ Manase. Imo vt legit i historia sancti Martini q si etiā diabol9 veraciter posset penitere ⁊ deo humiliter dicere culpā suā deus ei misericordiam faceret. O ḡ sacra pnia q̄ amabilis es: q̄ virtuosa ⁊c. Rogem9 ḡ chrim vt det ⁊c.

Dñica eadē post prādiū Ser. VI. scz de pnie obligatione ⁊ eius qualitate veritatis discernēda.

Ecce nunc tempus acceptabile

pus acceptabile: ecce nunc dies salutis .ij. Corinthiorum. vj. et in epl'a hod. Verba sūt scti apli. In quib scta eccl'ia canen. hortat nos ad pniam faciendā istis dieb Nā isti dies sacre qdragesime cōmendant p pnia ex trib q in epistola notant hodierna. Primo quia his dieb oratio est magis exaudibilis. Vñ dicitur in epistola. Fratres hortamur vos ne i vacuum gratiam dei recipiatis. Ly. In vacuum gr̃a recipit qñ quis in ea nō viuit bene vt deberet facere christianus in gratia baptismali. qz nō consequit gl'iam nisi bene viuat Sicut ḡ medicina dr i vanū accepta q nō sanat: sic in pposito Et subdit. Ait em. s. deus Esa. xlix. Tēpore accepto exaudiui te. Ex quo patet q hoc tpe accepto de9 magis exaudit orones fidelium penitentiū. qz orō in hoc tpe habet duas alas quibus volare ad conspectum dei melius potest. s. ieiunium ⁊ deuotionez passionis christi q potissime hoc tpe recolunt. Secundo q̄z hoc tpe homo est magis deo acceptabilis pter penitentiam solitam pro hoc tempore a fidelib Tertio quia hoc tps precipue dr esse tps ⁊ dies salutis. quia ab eccl'ia institutum est p salute specialius adquirēda per confessionē: eucharistiam: ⁊ huiusmodi. O ḡ charissimi viri ⁊ femie cognoscite hoc temp9 ⁊ conuertimini ad pniaz: audientes quia ecce nunc hoc tempus acceptabile ⁊c. Itaqz de penitentia quam precipue facere

debemus hoc tpe vt sim⁹ accepti deo⁊ sal
uemur: notem⁹ tria mysteria p isto smone
Primū dr obligationis.
Scdm dr distinctionis.
Tertiū dr discretiõis.
Thema aliud habes intra smonē.

A Circa primū de obli-
gatione pnie q̄ri pōt: vtrū omnis hō pec-
cator obliget ad pniam: ⁊ qlibꝫ legibꝫ obli
gat ad eā: Rñdet recolligēdo ex doctorū
dict[is] q sic. Et prio ex lege nature. qḋ ostē
dit clare Primo in pmo hoie Gen. iij. qui
postq̄ peccauit: dñs dixit eidē. Adā vbi
es: Ubi glo. ⁊ Aug. dicūt q hec vox ē re-
uocant[is] ⁊ ad pniam reducent[is] Propt qḋ
(vt doctores dicūt) si adā tūc ꝯfessus fuis
set penitēdo: de⁹ pepcisset. Scdo i sancto
Job sub lege nature testāte c. xxj. Audite
sermones meos ⁊ agite pniam. qm̄ in diē
pditionis seruat malus. ⁊ hoc pōt etiā po
ni p themate. Tertio oñdit ex naturali ra
tione. qꝛ vt Tulli⁹ ait li. de officijs c. j. Ge
neri animātiū oīm est a natura tributū vt
se: vitā corpusq̄ tueant: ⁊ declinet ea q̄ no
citura videnť: oīa aūt q̄ ad viuendū necessa
ria sunt inq̄rat ⁊ paret. Hec Tulli⁹. Sed
incompabiliter mag[is] tenet hō ad vitā aīe
que pcellit oē corp⁹: vt eius mortē deuitet
p pniam: g̃ ⁊c̄. Heu heu mi deus videm⁹
coruos ⁊ lupos cauere picula sua i laq̄is q̄
cognouerint: ⁊ tñ hō non cauet sed potius
currit p pctā se papitare in talia. Scdo
ex lege scptture. hoc idem oñdit q hō obli
gat ad pniam. qꝛ oīs scptura hoc testatur.
vicꝫ diuinalis legis q̄ pcipit sctificari sab-
bata penitēdo d pctis: vt volūt doctores.
⁊ pphetalis: ⁊ sapientialis: insup scriptura
euagelicalis: vt patet. ⁊ apostolicalis. ⁊ iu
ris canonicalis: ac ciuilis legis. Quarꝫ di-
cta singillatim eloq̄ nō caperet tempus: nō
breuitat[is] amore ptranseo. B Tertio
obligamur vl induci ⁊ incitari ad pniā: vi
demur ex lege exempli oīs creature. qꝛ vt
Hugo de arca noe. li. ij. c. iij. dicit. Oīs cre
atura nob loquit ⁊ clamat vt fugiam⁹ sup
pliciū eternum. s. p pniam. Et hoc ostēdit
sm Bonauē. li. similitudinū: aliosq̄ in mul-
tis creatur[is] ⁊ eorꝫ exemplis. Primo in ter
restribꝫ videm⁹ q oīa terrenascētia crescūt
sursum: ⁊ in hyeme arefacta itez tpe veris
renascunť ⁊ reuirescūt. Sic ⁊ nos debem⁹
ad pniam exurgere ⁊ reuiuiscere p grāz. Se
cūdo in aīalibꝫ irrōnalibꝫ videm⁹ q aues
capti laq̄o: piscesq̄ in sagena: ⁊ mures in
musapula nō pñt q̄escere: sꝫ laborāt exire
toto posse. Itē asin⁹: bos: equ⁹: et oē aīal
si ceciderit in lutū: surgere curat. Elephas
si ceciderit forti barrbit lugēs donec vni
cornis auxilio subleuat. Sic debet hō exi
re de laq̄is diaboli ⁊ lugendo ad deū cla-
mare: q̄tinus eius auxilio possit surgere p
pniam. Tertio in aq̄s ⁊ fluminibꝫ q oīa
ad mare tendūt tāq̄ ad fontale pncipiuꝫ
suū. Quarto in aere ⁊ ignibꝫ que si ad ima
pmant: nihilomin⁹ sursuꝫ sp ferunť ad sua
loca. Sic ad ppositū applica. Quito in ce-
lestibꝫ. qꝛ sidera ⁊ si occidant. tñ ad ortū p-
perare nō desistūt. Debꝫ g̃ ⁊ hō a casu pec
cati surgere. Ultio in hūanis corpibꝫ q̄ si
vulnerant. vel infirmitatē incurrūt: nonne
ꝑperāt ad medicinā. Ideo Aug⁹ sup Ps. l.
di. Sūt multi q̄s peccare non pudet: age-
re aūt pniam pudet. O crudel insania: de
vulnere ipo nō erubescis: ⁊ de ligatura vul
ner[is] erubescis: nōne vuln⁹ fedi⁹ ⁊ putridi⁹
est. Cōfuge g̃ ad medicū ⁊ age pniā Hec
ille. O g̃ charissimi ecce ex ist[is] possumus p
documeto hīe q pctōr q̄ non vult penitere
peior est oī creatura mūdi ⁊ oī bestia. Nā
⁊ Arist. vij. Eth. Hō bestialis centiesmil
lesies peior est oī bestia. Insup nō solū be
stialis dr: sꝫ ⁊ diabolic⁹. qꝛ Chryſ. li. d cō
punctiōe cordis dt. Peccare hūanū est: sꝫ
pmanere in pctis diabolicū est. Exemplū
de Juda de q̄ chrīs dixit. Un⁹ ex vob dia
bolus est ⁊c̄.

C Circa scdm de myste-
rio distinctionis. s. pnie Notandū q sm ca
nonistas doctores pnia generalr distingui
tur sic q quedā est pnia vera. quedam au
tē falsa: vt patꝫ de pe. di. iij. §. Siue autē
q̄s ⁊c̄. p verba Gratiani. Et de his regule
tres pcipue traduntur ibidem scꝫ generales
Prima regula q false pnie nunq̄ indul
gentia pmittit. Un̄ Elicius de pe. ibidē
etiam dicit: q sicut vera penitentia veniā
pmeret: ita falsa penitētia ⁊ simulata deuꝫ
irritat. s. ad irā ⁊ vindictā. Secūda re

gula q vere pnie nunq venia a deo negaf. Nam ibidē p diuersa capitula scribit q de his nunq̄ sequit pniaʒ verā: etiāsi ds ad sūmū maloꝝ pueniat. sed q̄ntācunq̄ pniam ꝛ q̄ntocūq̄ paruo tpe factam: si tamē fuerit vera de⁹ respicit: acceptat: ꝛ peccata remittit. sicut patʒ ibi p doc. plures. Tertia regula q multo plurimi hoies faciunt falsam pniaʒ q̄ verā ꝛ congruā. ꝛ sic dampnanf. Hanc regulā ibidem tangit Amb. circa pncipiū eodē. §. di. q facilius ē inuenire q recte seruauit innocentiā q̄ qui congrue egerit pniam. Hec ibi. Sed quō hoc intelligendū sit: glo. ibidē dicit inter cetera q de pnia pfectissima: q non solū dolet peccata: sed etiam peccandi affectionē: qd est difficillimū: ergo rarissimū. O ergo hō caue a falsa penitentia ne pereas. sicut exemplū legitur li. Kilil. de lupo penitēte in cuculla monachali ꝛ veniam petente ab ouibus ꝛ bob⁹ de pda facta. cui pepercerūt et gauisi sunt: sed postea lupus vbicūq̄ solitarium pecus reperiebat deuorabat dicēs Non possum mendicare nec laborare. ergo viuere de preda oportet. sed occiderūt hoies illum.

B Circa tertiū de pnie discretione Notandū q sm Aug. qdā dicernitur eē penitētia sana. s. in homie sano debite facta. Quedam infirma vtpote dubia. s. q̄ fit tm̄ i mortis hora. Quedā oino mortua: vt in homib⁹ post mortē. Sʒ vera pnia salutifica discernif a falsa pcipue p decē signa que notem⁹ iuxta lrās huius dictionis Penitentia. Primū signū accipif iuxta lrām P. ꝛ dicf punitio pctis. Nam Aug. de pe. dist. iij. c. Penitētia (inquit) est quedā dolentis vindicta puniēs in se quod dolet cōmisisse. Penitere ei est penam tenere vt semp puniat in se vlciscēdo. s. dolore habituali sm glos. qd cōmisit peccādo. Hec ibi. Unde ꝛ sm glosam ibidem Si qs ieiunat p aliū ꝛ nō vult p se ieiunare cum bene posset: non vere penitere videf. Hinc ioānes os aureū. e. di. iij. ō pe. c. Perfecta (inqt) pnia cogit petōrem oia libenter sufferre. Et infra. In corde ei⁹ contritio: in ore eius confessio: in ope tota humilitas. hec est fructifera penitētia. Hec ibi. O q̄ bō disce sic vere penitere. Secūdum signū iuxta E. dicif emēdatio. s. ī statum vite melioꝝ. Nam Isid. de pe. di. iij. c. Irrisor (ait) ē ꝛ nō penitēs q adhuc agit qd penitet. Item ibidē ꝛ c. Ille pniaʒ agit digne ꝛc. Smaragdus dt. Qui plāgit peccatum ꝛ iterū admittit petm̄: quasi quis lauet laterem crudū: quem q̄nto magis abluit tanto magis lutum facit. Tertiū signum iuxta N. dicif negatio vicʒ occasiōis peccandi ꝛ trangressionis. q: vt Greg. de pe. dist. v. Falsas. ꝛ Innocen. ibidē. c. Fratres. d. Falsa penitentia est cuʒ penitēs ab officio vel a curiali negocio quod sine peccatis agi non potest non recedit. Similiē si qs a mala societate mulieꝝ. s. tenēdo meretricē per quā trahitur ad peccatum non vult separi. et sic de alijs. Quartū iuxta J. dicitur indulsio. vicʒ iniurie fratris ꝛ dilectionis. Nā xp̄s ait Matth. vj. Si non dimiseritis hominib⁹ peccata eoꝝ: nec pater vester celestis dimittet vobis peccata: Unde Innocēn. vbi s̄. dicit. Falsa est penitentia cum quis odium in corde gesserit: aut si offendenti offensus nō idulgeat: aut si offenso cuilibet non satisfaciat ꝛc. E Exemplū de Esau de quo apl's dt Hebre. xij. q non inuenit locum penitentie q̄ꝛ q̄ cum lacrymis inqsiuisset eam. hoc ppt odium fraternum. Quintū iuxta T. dicitur tentio. s. iuste ꝛ nō inique possessiōis Unde Gregor. vbi s̄. c. Falsas. inquit sic. Qui bona alteri⁹ iniuste detinet recognoscat se veram pniaʒ non posse pagere qua ad eternā vitā pueniat: nisi bona que iniuste abstulit restituat. Ad idem Aug. xiiij. q. vj. Si res. Peccatū non dimittif nisi restituatur ablatum Sextum iuxta E. dicif erroꝝ exclusio. s. heresis omnis. q: Hebre. xj. Sine fide vera ipossibile est placere deo q̄ntūcunq̄ asperam talis faciat penitentiam: ꝛ quecunq̄ bona agat. vt patet per Aug. extra de hereticis. c. Firmissime ꝛc. Unde nec idolatre: nec incantatores: nec scismatici: nec alij heretici: siue errēt ō peccatoꝝ remissione: siue de alijs fidei articulis: penitere possunt vere: nisi credant q̄cunq̄ credit ecclesia ꝛ eidem obediant.

Septimū signū iuxta N. dʒ nolitio. hoc est displicentia peti pteriti ꝛ futuri mortal

vt pꝫ ex diffinitione penitẽtie:de qua ser mone pcedẽti X. Vñ falsa est pnia qñ hõ mo vel nõ vult detestari petã ptenta mortalia: vel nõ habet ꝓpositũ cauẽdi de cetero futura ꝛc. Octauũ signũ iuxta C. ẽ ꝯfessio. Nã vt volũt oẽs doc. sup. iiij. Confessio est pars vere pnie. Qui ĝ licꝫ doleat: tñ si ꝯfiteri nõ vult petm̃: false penitet. q: p ceptũ trãsgredit ꝛc. Nonũ iuxta J. dicit integratio. s. penitẽtie de malis cunctis: vt s. integraliter de omnibꝫ peniteat hõ: ꝯ cõfiteatur: nullo petõ mortali ptermisso sine pnia quod menti occurrent. Unde Innocenti papa de pe. dist. v. Fratres. ẽ. Falsam pniam esse constat cum spretꝫ pluribꝫ: de vno solo pnia agit. aut cuꝫ sic agitur de vno vt nõ discedat ab alio. Exemplum de his qui aliqua pcepta decalogi obseruant: aliqua nõ: vel pcepta saltẽ ecclesie scienter nõ seruant ꝛc. Decimũ iuxta lrãꝫ A. ẽ amatio. s. diuinalis. Nam si hec omnia pdicta facit hõ ex amore dei: vera est pnia. Si aũt non: sed ex solo timore seruili: falsa pnia est. Ideo Aug. vt allegat Magr in iiij. di. xx. ẽ. Arbitrij libertatẽ querit de vt deleri possint cõmissa: nõ necessitatẽ: sꝫ charitatẽ: nõ tm̃ timorẽ. quia sine charitate nemo salu esse põt. Hec ꝛ plura ibidẽ. O ĝ christiane penitere stude: puniẽdo petã ꝛ vitã emendando: occasiones peti deuitãdo: proximis indulgendo: aliena restituendo: errores cauendo: ꝓpositum non peccandi tenendo: integre confitendo: dei amore hec omnia faciẽdo vt salueris ꝛ nõ pereas n eternum. ¶ Pro exemplo finali ad terrores petõꝝ ponitur quod narratur in Speculo exemploꝝ dis. ix. exemplo. cxxiij. ꝛ ex vitaspatꝝ: ꝙ quidã vsurari vel fenerator habuit duos filios. Unus in pdicatione ẽbi dei compunctus dixit patri ꝛ fri Reddamus vnicuiqꝫ quod abstulim. qꝛ sic moriendo damnabimur. Illi indignanter riderunt. Nonne tu debes esse ꝯfessor noster: vade si nobiscum nõ vis mori: nos tenebimus bona nostra. Ille ĝ iuit in heremũ seruiens chro. Tandem cum mortẽ patris sui ꝛ fratrꝫ sui audiuisset: orauit deuꝫ vt reuelaretur sibi stat illoꝝ. Et ecce angelus euꝫ manu tenens: duxit ad quendã montem ꝛ vidit vallem sub illo monte fulmigantẽ: ꝛ voces mirabiles lugentium. ꝛ pmo vidit patrem suum ꝙ in magna olla bullienti in igne coqbat feruentissime: q exclamauit di. Ue ve ve maledicta hora in qua conceptus ꝛ natus fui ꝛc. Cui heremita. O infelix pater: nonne tu es h: Respõdit. Ego sum. Ecce ego maledict quo perij: quia penitere ꝛ restituere nolui. Tãdem ecce vidit fratrẽ suũ venire in alia olla bulliẽte: ꝛ cepit dicere ille patri i penis. Maledictus es tu pr mi in eternum. quia iniusta bona sup me hereditasti: ꝛ me dãnasti. Cui pater respondebat. Maledict sis tu fili: q: ꝓpter te talia adquisiui iniuste ꝛ retinui: ꝛ ꝓpterea impenitẽs damnatus sum. Heremita ait ill. Dicite si possint vos aliqꝫ suffragia iuuare. Responderunt. Nõ Et mox cum magno eiulatu di. Ue nobis ve et ve: in profundum inferni descenderunt. Tunc heremita redijt ad se: et maiorem de cetero pniam egit. Rogemus ergo chrm̃ ꝛc.

Item ex q in hac pma dñica de ieiunio chri specialius agit: adeo pro istis diebꝫ libet sermones fieri de ieiunio nostro faciẽdo ad exemplũ chri.

¶ Feria scda post primã dñicã Quadragesime Ser. VII. scꝫ de ieiunij sacri qlitate ꝛ cõmendatione.

Esuriui et dedistis mihi mãducare: sitiui et dedistꝫ mihi bibere Mat. xxv ꝛ in euangelio hodierno. Uerba hec loquitur saluator noster dominus Jesus q. s. in iudicio finali talia dicturus ẽ electꝫ. ¶

Circa qð aduertendum ꝙ ex euãgelio cõperimus chrm̃ dñm esuriuisse ꝛ sitiuisse pluries. Primo qdẽ in puericia. ꝛ tunc dedit ei mãducare ꝛ bibere beata ṽgo Maria q lactauit eũ ṽgineo lacte: ꝛ puidit oia ei necessaria. Scdo in deserto Matth. iiij Cũ ieiunasset qdraginta diebꝫ ꝛ qdraginta noctibꝫ: postea esurijt. Qð põt poni p alio themate. Et vt ibidẽ h: Accesserunt angeli ꝛ ministrabãt ei vt putã cibum ꝛ potum afferẽdo ꝛc. Tertio sitiuit ꝛ esurijt semper spũaliter hoim salutem desideran

do. Un͂ ꝛ in cruce clamauit. Sitio. scꝫ sa-lutē hoim ſm Bern. Et nos charissimi si offerim⁹ chr̄o castitatē cū maria. obedientiā cū angelis. ꝯtritionē ꝛ ꝯfessionē ꝛ ieiuniū ꝛ bona opa ꝛ diligent̄ ꝓcuram⁹ nr̄am salutē. tūc dam⁹ chr̄o passo cibū ꝛ potū desideratissimū ſꝫ Chrys. Itē q̄rto chr̄s esurit ꝛ sitit in mēbris. h̄ ē in paupib⁹. ꝛ de hoc iudicabit in fine disceptādo de his q̄ fecerūt misc̄dia ꝫ paupib⁹ ꝛ q̄ nō. ꝛ illis dabit regnū celeste. istis aūt. s. imisericordib⁹ dabit supplicia: vt patꝫ in euāge. Itaq̄ vt chr̄o esurienti ꝛ nos cōpatiamur esuriēdo ꝛ ieiunādo. ꝛ sic cibū bonoꝝ opeꝝ nr̄oꝝ demus eidē: tria mysteria declarem⁹ de ieiunio in h̄ ſmone.

Primū dr̄ distinctiōis.
Scdm dr̄ moderationis.
Tertiū dr̄ cōmendatiōis. H

Circa primuꝫ de distinctione ieiunij vtile ē scire vt sciam⁹ discernere. Pro q̄ notandū q̄ vt colligit̄ ex dictꝭ Alexa. in. iiij. volumie sūme ꝛ Rich. in. iiij. di. xv. ieiuniū est p̄cipue q̄druplex scꝫ.

Primū naturale.
Scdm spūale.
Tertiū virtuale.
Quartū irrōnabile ꝛ nō laudabile

Primū naturale. s. ieiuniū est cū qs non comedit aliq̄d nec bibit q̄cq̄d a media nocte talis dici vsq̄ q̄ vrget necessitas. ꝛ tale ieiuniū req̄rit̄ ad eucharistię sumptionē i hoie sano de p̄cepto. sed tale ieiuniū cōiter non est meritoriū. q꞉ ꝓpter ea q̄ insunt nobis a natura nec laudamur nec vituperamur. ij Eth. Et q꞉ nō comedere: eo q̄ nō appetis naturale est. ḡ nec meritorium nec demeritoriū. Scdm est ieiuniū spūale: qd̄ ē abstinere a vicijs. Un͂ Aug. de ꝯse. dist. v. c. ieiuniū (inq̄t) Magnū ꝛ generale est abstinere ab iniq̄tatib⁹ ꝛ ab illicitꝭ voluptatib⁹ seculi. Nam ibidēꝫ. c. nihil. Pius papa dicit Nihil prodest homini ieiunare et orare et alia bona religionis agere nisi mēs ab iniquitate ꝛ ab obtrectationibus lingua cohibeat̄. Et glo. ibi dr̄. q̄ intelligendū est q̄ nil ꝓdest ad vitam eternā p̄miando: tamē valet ad alia multa ieiunare ꝛ bona agere etiam in peccato mortali: vt de h̄ sermone

.A. patebit. Proinde ꝛ Grego. in hom̄. q̄dragesime dicit. Incassum caro atteritur si a puis voluptatib⁹ animus nō refrenat̄ ꝛc̄. I Tertium ieiuniū est virtuale qd̄ pro virtutis exercitiō instituit ecclesia tenendum in corporali abstinētia. ꝛ hoc Alexan. in. iiij. volumie diffinit sic. Ieiuniū est abstinentia a cibo ꝛ potu ſm formā ecclie instituti satisfaciendi vel vitandi peccatum vel adquirendi vitam eternam. Et q̄ diffinitiōe habetur quare debeat fieri ieiuniū quia non ꝓ vana glīa vel in hypocrisi aut aliqua intentione sinistra. Et de hoc ꝟsus. Abstinet eger egens cupidus gula simia virtus. Expone. Abstinet eger. vel q꞉ nō pōt comedere vel ꝓpter medicinā. Egens quia nō habet. Cupidus quia nō vult expendere. Gula vt postea auidius comedat Simia. id est hypocrita vt laudet̄. Virt⁹ id est virtuosus vt mereat̄. Et hac sola vltima intētione. s. bona virtutis ieiuniū est scm̄ ꝛ britudinis meritoriū ꝛc̄. Quartū ieiuniū est irrōnabile qn̄ scꝫ excedit modū virtutis ꝛ discretiōis ꝛ h̄ non est laudabile. Iō Ber. ponit ꝟsus. Oib⁹ adde modū mod⁹ est pulcerrima virtus. ꝟ Oē qd̄ est nimiū vertit̄ in viciū. Et de h̄ in subseq̄nti articulo patebit. K

Circa scdm de moderamine ieiunij. ad qd̄ hortat̄ apl̄s Rom̄. xij. dicens sic. Obsecro vos itaq̄ fratres per misc̄diam dei vt exhibeatis corpa v̄ra hostiam viuentem sanctam deo placentem rationabile sit obsequium vestrum. Sed iuxta hoc queritur quomodo debeat homo suum ieiunium moderare vt sit deo acceptabile ꝛ laudabile. Ad quod respondet̄ recolligēdo ſm Richar. iiij. di. xv. ꝛ Tho. ac alios. q̄ ex quo ieiuniū est virtutis act⁹. Virtus autem in medio consistit semp. ij Ethicoꝝ. Ideo ieiunium debet moderari mediū tenendo inter duo extrema ſꝫ rationem videlicet q̄ nec abstinentia sit nimia: nec comestio vel potatio sit numia. Proinde nota q̄ plures sunt casus in quibus ieiuniuꝫ non est laudabile quoꝝ tres primi ponunt̄ p Richar. vbi s̄. et Thom. Alij aūt supaddunt̄ ꝓ simplicium instructione. Primo quādo id quod est neces

sanũ vite sibi negat. Nã nõ licebit sic ieiunare sicut nec seipm iterficere vel infatuare licz. Ideo Hieroñ. ad nepotianũ dicit. Tantũ tibi ieiuniorũ impone quantũ ferre potes rc. Sed hoc raro fit: q vt Boeti⁹ ait. ij. de ɔsola. Natura paucis minimisqꝫ ɔtenta est. Idẽ r Seneca Secundo qñ id qd est necessariũ quo ad officiũ vl' societate subtrahit. h qñ quis sic ieiunat q sibi necessaria fm ea que incumbunt facienda ex officio vl' ex societate eorũ: cum quibus cõuiuit: subtrahit sibypi. puta si est pdicatoꝛ vl' cantoꝛ in choꝛo. r tantũ ieiunaret q nõ posset pdicare. vel cantare. vel si plat⁹ deficeret ex ieiunio ab executiõe sui officij vl' subditus tantũ ieiunaret q pꝛe defectu non posset cõmunẽ vitam fratrũ quib⁹ conuiuit tenere. r sic de alijs. tales offerrẽt d rapina holocaustũ. Vñ dicit Hiero. d cõse. distin. v. c. nõ mediocriter. O, de preda fert holocaustũ q cibo⁊ nimia egestate vl' somni penuria coꝛpus suũ imoderate affligit rc. Tertio quando qs p ieiuniũ nimiũ ab opib⁹ vtilioꝛib⁹ ipedit vicz ab opeꝛibus charitatis a vigilijs oportunis rc. ad que licz nõ teneat. tamen indiscretũ est r nõ laudabile tale ieiuniũ. Vñ Hieroñ. dicto ca. nõ mediocriter. inquit. Illi maioꝛi bono pferunt minus bonũ. qui ieiuniũ charitati aut vigilias pferunt sensus integritati. Hec ille. Quartus casus addit in quo nõ est ieiuniũ laudabile quãdo qs ex suo voto ad nimiaz coꝛpoꝛis maceratiõẽ p ieiuniũ astringit. r hoc rõnib⁹ dictis. ⁋ Unde querit vtrum liceat homi vouere nimiã carnis macerationẽ. Respondetur fm Tho. ij. ij. q. lxxxviij. q si ipa maceratio coꝛpoꝛis p ieiuniũ ex voto pmissũ r hmõi. sic fiat q natura nõ nimis grauetur sed rõnabiliter votum tale impleatur bñ licet. Si aũt magnũ grauamen immineret nõ debet homo votũ tale seruare. sꝫ fm arbitrium supioꝛũ vel confessoꝛũ mutare. Quinto r vltimo. ieiuniũ nõ est laudabile quando in comedendo et bibendo ob ieiuniũ nimis excedit. Naz sunt plurimi p̃sertim magnates qui pꝛo die ieiunij magis exquisita cibaria r epulas abundanti⁹ faciunt q̃ alijs diebus cõmunib⁹. r se gula et ebrietate plus ingurgitãt sine moderamine. alijs aũt diebus parci⁹ comedunt licet pluries. Et tale ieiuniũ non est laudabile: vt dicit Rich. supꝛa. q ieiuniũ oꝛdinatũ ẽ ad refrenandũ carnẽ. Isti aũt ecõtra. igit taliter poti⁹ carnales voluptates augẽt et excitãt. Hec ille. Sed di. tñ vt dis. xlj. non cogant. Aug. dt. Nõ cogant diuites cibis paupe⁊ vesci: sꝫ vtant ɔsuetudine infirmitatis sue. Hec ille. Cur g nõ liceat eis pdicto modo ieiunare: aut qd debeant facere. De hoc rñdet q q̃uis possint vti diuites cibis lautioꝛib⁹: vt dt Rich. vbi s. r nõ artant ad cibos paupe⁊. verũtamen tenent a gula moꝛtali se oĩo cauere: q per h frangit ieiuniũ generale. Hec fm Rich. xv. di. quarti. Deniqꝫ r Aug. dicto. c. nõ cogant. docet qd faciãt diuites pter cibos lautioꝛes sibi ɔcessos di. Dolcãt aliter se nõ posse ieiunare: dẽt iopib⁹ necessaria: vtantur pciosis sed dent paupib⁹ vilia. Hec ille. Et sic patꝫ quõ diuites possunt ieiunia sublevare. O diues obserua hec

Circa tertiũ notanduꝫ

q cõmendat ieiuniuꝫ ab omnib⁹ generib⁹ hoim semp a pncipio mũdi. Pmo dictis r exẽplis pho⁊. q vt Hiero. ɔ Iouinianũ ait in libꝛo antiqtatũ. Dicearchus laudat aurea secula saturni. qñ cũ tũc oĩa humus funderet null⁹ comedebat carnes sed vniuersi viuebant pomis r herbis que terra sponte gignebat. Et hoc a pncipio mundi vsqꝫ diluuiũ. Itẽ Tullius de tusc. q̃stio. dt q lacedemonij magis parsimonia q̃ cibis delectant. hui⁹ testes sunt Xenophon Theophꝛastus r pene oẽs greci scriptoꝛes. Hec d phis sufficiãt. Scdo exẽplis r verbis sancto⁊ patriarcha⁊ r pphecta⁊. Nã sctũs Dauid in ps̃. dt. Humiliabam in ieiunio aiaꝫ meã. Itẽ niniuite ieiunio placauerũt deũ r oꝛone. sic r omes patres vete. test. vt patꝫ in biblia. Tertio cõmendat ex dbis r exemplis chꝛi ac eius discipulo⁊. Naz chꝛistus docuit ieiunare Matt. vj. Et ipse ieiunauit quadraginta diebus r noctib⁹. Et apli ac discipuli ieiunauerũt etiã in diuicis dieb⁹: vt ait Hiero. lxxvj. di. vtinã. Quarto ex dbis sctõ⁊ et exemplis scꝫ martyrum ɔfesso⁊ q̃ scti baptiste. sancti Nicolai q etiam in cunabulo

q̄rtā ꝛ sextā ferias ieiunauit. Itē Anachoritarū in heremo. erant eni mira ieiunia bine aut trine hebdomade. Itē exēplis sanctarū ꝟginū ꝛ viduarū ac ꝯiugatorū. de qb⁹ dicere nō sufficiam⁹ ꝑ singula. Deniq̄ vltimo sup oia dicam⁹ ꝙ altissim⁹ deus cōmedauit nob ieiuniū in ꝑmis parētib⁹ i paradiso. q: voluit nō simplr oi cibo vti in paradiso homies, sed ab aliq̄. s. a vetito abstinere: vt ex abstinētia amplꝰ mererent. Genes. iij. O q̄ sacꝝ: o cōmēdabile ieiuniū: dignū est vt te amem⁹: ꝛ cū sctis te obseruando ad celū ꝑueniam⁹ pstāte chro.

Feria tertia post ꝑmā dñicā q̄dragesime, Ser. viij. scʒ de ieiunij obligatiōe ꝛ ordinationis fractione.

Cum intrasset iesus hierosolymā cōmota ē vniuersa ciuitas Mat. xxj. ꝛ in euāg hod. Sicut Aug⁹ dr de doctrina chr̄iana. Ois chr̄i actio ē nr̄a instructio. ideo ꝑ hec ꝟba mystice docemur ꝙ cū chr̄s dñs intrauerit aiaʒ ꝑ grām tāq̄ hierosolymā pacificā q̄ dr ciuitas dei sūmi et habitaculū spūsscti: vt docet apl's. tūc vniuersa in suis virib⁹ cōmouet. s. volūtas ad dei amorē: intellectꝰ ad dei cognitionē ꝑ fidē: memoria ad bñficiorū dei ꝛ passiōis recordationē: ꝛ vires exteriores ad bōa opa ꝛ ad corpis castigationeʒ vt spūi subijciat ꝑ ieiuniarū hmōi. Proinde cogitem⁹ ꝙ chr̄s dñs intrat ꝑ grāʒ in cordis nr̄i ciuitatē vt cōmoueamur ad dei laudē ꝛ bona opa: pꝰsertim ad ieiunia nunc exercēda. sic ꝛ dr in themate: ꝙ Cū intrasset iesus ꝛc. patet in euangelio. Itaq̄ ex hꝑ his dieb⁹ ĩ sacro ieiunio cepim⁹ ꝑseq̄. idcirco tria mysteria subseq̄nt notem⁹ ꝑ h̄ ſmone declarāda.

Primū dr obligatiōis.
Scdm dr ordinationis
Tertiū dr violationis.

A Circa primū de obligatione ieiunij Notandum est ꝙ ieiuniuʒ cadit sub ꝑcepto: vt patʒ ꝑ Rich. in. iiij. di. xv. Et h̄ primo ꝑter eccl'e mādatū: q̄ statuit sub ꝑcepto fidelib⁹ certꝭ tꝑib⁹ ieiunandū. Jdo. xiiij. q. j. c. Quisquis. Aug. dicit. Quisqs precepꝭ nō obtēpat reꝰ est ꝛ debitor pene. Hec ꝛ plā ibi. Sed qb⁹ dieb⁹ instituit eccl'a ieiunādū fidelib⁹ sub ꝑcepto: satꝭ ꝯstare poterit ex plebano ꝑ singulis hebdomadis denūciatiōe. ió h̄ ptrāseo cū breuitatꝭ. Scdo q̄ tenet hō ieiunare ꝑpter emissum votum qd obligat. puta sicqs vouit ob passionē chr̄i ieiunare feria q̄rta vel sexta Vl' ob deuotionē btē ꝟginis sabbato. ꝛ sic de alijs. De hmōi Aug⁹. Vouere voluntatꝭ ē. sed reddere necessitatꝭ. Silr sicqs ex ꝑfessiōe regule sue tenet ad certa ieiunia. Tertio tenet ꝑpter pnie iniunctionē ad satisfaciendū: q: sm Sco. tenet hō obedire licito ꝯfessoris ꝑcepto.

O Circa scdm de ordinatione sūt aliq̄ dubia ptractāda: vt sciam⁹ q̄liter eccl'a ordinauit obseruari ieiunia: ad q̄. s. ex ꝑcepto nos obligauit.

Primo q̄rit de cibi ꝛ pot⁹ q̄litate.
Scdo de sumptionis tꝑalitate.
Tertio de numeri eiꝰ q̄ntitate.

Primo inq̄ Querit qualib⁹ cibis debet hō ieiunare sm ordinationē eccl'e: Ad qd rūdet sm Rich. ꝛ cōiter doc. Carnes ꝑhibent ꝑncipalius. q: esus carniū souet cōcupiscētiā carnalem a q̄ eccl'a intēdit abstrahere ieiunādo. Vñ esus carniū semꝑ frangit ieiuniū. Oua aūt ꝛ lacticinia interdicūtur inq̄tū sūt orta ab aialib⁹ carnes habētibus. dist. iiij. Deniq̄ ꝛ ab istis debēt abstinere ieiunantes sm consuetudinē patrie q: vt Hiero. lxxvj. dist. Utinā. dr. Vnaq̄q̄ ꝑuincia abūdat in suo sensu vt morē obseruet in ieiunijs. Et sm Innocē. ꝑpt penuriā pisciū in aliqb⁹ ꝑuincijs cōcessus est vsus lacticiniorū ꝛ ouorū: excepto ieiunio q̄dragesime: vt dicit Frater Ang. Rich. autē dicit etiam in q̄dragesima vti posse talibus vbi est consuetudo. Sed pisces comedere ieiunantib⁹ conceditur. quia sunt frigidi vt plimū. ideo minus souent ꝯcupiscētiā carnis. Item q: pisces ex aqua viuūt. aialia aūt ex terra. Aqua aūt nō fuit maledicta a deo: sed terra que ꝑduxit fructuʒ. quem homo comedēdo peccauit: ergo ꝛc. Item fructus et legumina conceduntur sm Alexan. ideo ꝑsertim. quia in illis domiatur

preteritā. Tertio ex virtute obedientie: vices ipsius penitentis. Nā sm Bonauen. lib. de pfectu religiōis. omne bonū qd fit ex obedientia est meritoriū dupli. scz ex ipo ope et insup ex obedientie virtute: que vt dicitur j. Reg. xv. melior est obedientia inquit q̄ victime ipe Sequit ergo q talis ex obedientia ecclesie et 9fessoris faciens bona opa plus expiat peccata. et sic patet ppositum.

Unde p documēto tradit in Angelica sūma q 9fessor laudabiliter et bn facit qn post iniunctam pniam penitenti dicit sic vel deliz. Oia bona q facis vel que intendis facere: et etiā quicqd mali passus fueris oia sint in remissione peccatoz tuoz. Et additur ibidē q hec imponi debent a 9fessore penitenti ita q intelligant et nō secrete, put aliqui 9fessores faciūt p modū absolutiōis hec dicendo. q sic nō valet nisi ex vi ogis. Sed si imponit h intelligibiliter plus valet vt dictū est. scz faciendo bona opa ex iniunctione etc. Hec ex Angelica. Exemplū legit in histories romanoz gestis ca. xviij. q qdā Julianus nobilis iuuenis die quadā venationi insistēs ceruū psequi cepit. Cui dixit ceru9 miraculose. Tu me inseqris q patris et matris tue occisor eris. Hoc ille vehement extimuit. et ne forte sic 9tingeret relictis oibus clam remoti9 fugit. vbi pncipi seruiens cōplacuit adeo vt castellanam quandā viduā ei in coniugem traderet et castellum p dote sibi donaret. Tūc ipi parentes Juliani eū requirēn. vagabundi peruenerunt tandē ad idē castellū Juliano tūc absente. Quos vxor benigne suscepit audiens q essent parētes viri sui et in lectuz pprium reclinari fecit. Mane illa ad ecclam transeunte interim Julian9 rediēs: et in thalamo illos dormiētes vidēs suspicatus q aliqs cum sua vxore eēt silenter ambos interemit gladio. Tandem redeunte vxore de ecclia dum hec didicisset fleuit amare di. Heu heu mihi ecce impletum est qd ceruus mihi pdixerat. Unde ad 9fessionem cucurrit et talem penitentiā iniunctā acceptauit vt iuxta quedā fluuiū vbi multi piclitabant hospitale statueret et omnes qui volebāt trans fluuiū duceret. et hospitio reciperet. Post multū tpis qdam nocte media frigidissima audiuit quendā voce lugubri: Julianū vt traduceret aduocantē. Concit9 de lecto surgēs illū i domū duxit et i lectū pprium coopertū calefecit. Post paululū intuēs in illū leprosū viderūt Julian9 et vxor ei9 q cū splendore nimio in celū ascendit: et dixit eis dñs q pniam eoz acceptauit de9. Et ambo in breui in celū migrarēt pmia laboz accepturi. Et sic factū est. Rogem9 g cbim etc.

Feria tertia post dñicam palmaz Ser. xlviij. de partibus satisfactiōis et de ualore caz ac dispensatione.

Ego quasi agnus mansuet9 q portat ad victimā. Uerba sūt Hiere. ca. xj. in psona christi pnunciata et canunt i epistola hodierna. quibs isinuat q dñs iesus quasi agnus mansuet9 voluit occidi et imolari p nobis vt satisfaceret deo pro pctis nris. Et cum h exemplū nob daret qten9 p pctis nris satisfacere studeam9 in cruce vere pnie et sic imolemus deo aiam et corp9 ac sanguinē attediando p opa pnie Unn. j. Petri. iiij. hortatur ad id scriptura dicēs sic. Dominū christum sanctificate in cordibs vestris: parati semper ad satisfactionem. Et hoc pōt poni p alio themate in h smone. Et ibidem Paulo infra beat9 Petrus dicit. Christus semel p peccatis nris mortuus est: iustus p iniustis vt nos offerret deo mortificatos carne: viuificatos āt spiritu etc. Idcirco charissimi discam9 exemplo chri pniaz agere et satisfacere p peccatis. Itaqs de satisfactiōe pter ea q dicta sūt in pcedentibs restāt adhuc tria mysteria declarāda.

Primū de satisfactiōis integratione.
Scdm de valoris pponderatione
Tertiū de solutiōis dispensatiōe.

Circa primū de integratione ptiū satisfactiōis siue 9stitutione aliq̄ querunt.

Primo de pncipalibus partibus satisfactionis.
Scdo de aliis opibs secundariis
Tertio de flagellis et aduersis.

Prima questio que sūt partes satisfactionis. vel in qbꝫ opibus cōsistit satisfactio. Ad qđ rńdetur fm Bonauen.in.iiij.dist. xv.ꝙ pncipales ꝛ primarie ptes satisfactionis sunt tres.s.oratio ieiuniumꝛ elemosyna:vt ꝯcorditer dicunt oēs doctores theologi ꝛ canoniste. Et assignatur talis ratio pcipua Quia tres sunt radices oim peccatoꝝ.vt scribit.j.Joā.ij.ca.Omne qđ est in mundo aut est ꝯcupiscentia carnis:aut concupiscentia oculoꝝ:aut superbia vite. Ideo tres debent esse ptes satisfactionis que militant ꝯtra illas. scꝫ Contra concupiscentiā carnis ē ieiuniū. Cōtra ꝯcupiscētiam oculoꝝ.id est auariciā est elemosyna Contra superbiā vite ē oratio q̄ debꝫ esse humilis. De istis ptibꝫ satisfactionis dr Tobie.xij.Bona est oro cum ieiunio ꝛ elemosyna. Uere bona ē qꝛ bene ordinat bō p ista tria scꝫ p orōnem quo ad deū. per ieiuniū in seipo.ꝛ p elemosynam ad pximuꝫ ꝛ sic patet ad primū quesitū. ¶ Secundo querit. Nunquid alia pter hec opa sunt etiā satisfactoria. Rńdet fm eosdē doctores.ꝙ sunt pter tria illa etiā alie ptes secūdarie vel opera satisfactoria. Sed illa oia reducunt ad tria illa pncipalia. exempli gratia. oēs afflictiones carnis reducunt ad ieiuniū sicut sunt vigilie. ciliciū. disciplina peregrinationes.et similia. Item oia opa misericordie reducunt ad elemosynam vt sunt visitare infirmos.cibare.potare.tegere ꝛc. Item omnia opera spiritualia reducuntur ad orationē.vt sunt lectio meditatio.doctrina salubris.consiliuꝫ.consolatio tribulatoꝝ.ꝛ hmōi.vel aliqua hoꝝ ad elemosynā reducunt ¶ Tertio q̄rit Utrꝫ flagella ꝛ aduersa a deo imissa.vel etiā ab hoibꝫ illata sint satisfactoria Rńdetur fm Rich.in.iiij.dis.xv.ꝙ flagella pōt qs sustinere tribꝫ modis Uno mō impatienter remurmurādo.ꝛ sic nō hñt rōnem satisfactionis sed vindicatiōis. Alio modo potest qs ea sustinere patienter tolerādo.ꝛ vt sic inq̄ntuꝫ est tantūmō patiens si talis est in charitate vl sine peccato mortali meretur grām ꝛ glīam.sed nō satisfaciunt directe p modū meriti.quia actiuū pncipium meriti est voluntas illius hominis qui meret. Uolūtas autē patientis put est tantūmō patiens non opatur ad flagella p modum satisfactiōis pro peccatis nisi id intendat. Uñ tertio modo pōt quis flagella sustinere patient volūtarie acceptādo vel sustinere reuolēdo intentiōe remissiōis pene debite p peccatis.ꝛ sic flagella vel aduersa q̄cunq̄ sunt satisfactoria. O ergo iesu bone tibi lausꝛ grāractio:quia facis vt diligentibus te omnia cooperent in bonum taꝫ flagella q̄ opera. S

Circa scđm de pponderatione valoris. Querit q̄ pars satisfactionis int hec tria pdicta pualeat satisfacere p petōꝝ pena ꝛ pponderet fore magꝭ satisfactoria. Ad qđ aliqs posset arguere ꝙ pcellat oro.qꝛ p alijs in ipa mens plus eleuat i deum ꝛ quasi psens deo loquitur. Itē alius posset arguere ꝙ plus satisfacit ieiunium.qꝛ est p alijs penalius opus.penalitas aūt debet esse in ope satisfactorio. sed his obuiat ꝙ scriptura p ceteris appropriat satisfactionē elemosyne. qꝛ postq̄ Tob.xij. dictū est. Bona est oratio cū ieiunio ꝛ elemosyna. statim simpliciter de elemosyna subiungit dicens ꝙ elemosyna a morte liberat:ꝛ ipa est que purgat peccata ꝛ facit inuenire vitam eternā.hec ibi. Et fm Lyram ibidē est ratio. qꝛ per ieiunū sanātur pestes corporis.sed per orationem pestes mentis.sed p elemosynā simul vtriusq̄ pestes sanantur.ergo videt ꝙ sit plus satisfactoria Rńdetur ergo ad hec recolligendo ex Rich.in.iiij.di.xv.alijsq̄ doctoꝝ dictis ꝙ tria sunt in satisfactione. Primuꝫ est vitatio culpe. et ad hanc maxime valet orō. Secūdū est augmētatio gratie ad quod elemosyna pualet. Tertiū est solutio pene ꝛ hoc est infimū in satisfactiōe ¶ Ad hoc aūt plꝰ valet ieiunium.quia per penalitātē magis exoluit culpe penaꝫ. Subdit Rich.di.ꝙ exquo augmentū gratie nobilius est q̄ vitatio culpe.quia nō vitat malū nisi pter bonum scꝫ ad conseruandum bonum gratie ꝛ augendū. Finis autem melior est ordinatis in finē.j.physicoꝝ. Jō elemosyna vtilior est ad satisfaciendū q̄ oratio.ꝛ oratio q̄ ieiuniū inter partes satisfactionis.nam quodlibet istoꝛuꝫ scꝫ tam augmētatio grē q̄ etiā vitatio culpe melius

est q̃ solutio penę: ideoq3 (vt ptractum est) scriptura plus attribuit elemosyne p̃ alijs ipam satisfactõez p pctis. Et hoc p3 etiã p Apl'm. j. Tim. iiij. di. Corpalis exercitatio admodũ vtilis est: pietas at̃ valet ad om̃ia, pmissionē habēs vite p̃sentis z future. V Unde documentũ ex dictis accipiam⁹ triplex. Primũ fm Rich. ē. q q̃uis oratõ fm suã essentiã sit dignior q̃ elemosyna: q2 oratio plus eleuat mentē hominis in deũ p contẽplationē q̃si p̃sentialiter deo loq̃tur: tñ q̃ntũ ad vsum satisfactiõis vtilius est dare elemosynã q̃ orare sicut exẽpli gr̃a: q̃uis aur3 sit pciosius z dignius aqua: tñ aqua vtilior est ad abluendũ q̃ aur3: sed elemosyna est vt aqua extigues ignē pcti Eccl. iij. vñ z elemosyna d̃r ab eli qd̃ est de⁹: z mois aqua: q̃i aqua dei. Scd̃m documentũ q confessor p penitẽtia debet ceteris paribus ei q̃ pōt iniūgere elemosynã magis q̃ orões vel ieiuniũ p satisfactiõe nisi cā aliud reqrat in tali iniũctione pnie. Rõ: q2 elemosyna in se includit v̄tutē orõnis z etiã ieiunij tanq̃ vniuersalis medicina pcti plus q̃ alia. Propterea dl'⁹ indicit Lu. xj. Date elynã z oĩa mũda sũt vob. z Dan. iiij. Pctã tua elem. redime. Et fm doct. rõ ponit: Quia elyna in se includit v̄tutez orõnis z ieiunij pter duo. s. pter q̃ plus merett augmentũ gr̃e. Primo q2 constituit eũ cui dat debitorē ad orandũ p eo cui dedit. Ité q2 elyna est q̃i oblatio deo facta z exorãs deum: vt pat3 Eccl. xxix. et sic duplr̃ habet vim orõnis. Deniq3 elemosyna habet v̄tutē ieiunij: q2 bona sibi subtrahẽdo z alijs largiẽdo tũc pprio corpi minus satisfacit: z sic maceratt corp⁹. vñ pat3 q elemosyna cõpleti⁹ hab3 vim satisfactõis. Tertiũ q q̃uis ieiunium sit penalius simplr̃ q̃ elemosynã dare tñ in satisfactõe pl⁹ attẽdenda est bonitas opis q̃ penalitas: q2 m pl⁹ val3 vtilitas elemosyne q̃ ieiuniũ. Hec ex Ric. O q̃ cbã ana anima disce hec. X

Circa tertiũ de dispensatiõe pnie q̃ritur:

Utrũ vn⁹ confessor possit relaxare vel dispẽsare aut cõmutare penitentiã satisfactoriã quã alter iposuit. Rñdetur. breuit' in Angel. p certa documẽta. Primũ est: q si talis confessor hab3 autoritatẽ absoluẽdi a tali pctõ. s. pter qd̃ fuit illi iposita pnia sacralis: pt dispẽsare vel cõmutare confitẽti talē. s. pniã: etiãsi ille q̃ imposuit esset supior. vñ glo. xxvj. q. vij. c. tẽpora. tenet: q eps pōt diminuere pniã quã papa imposuit: intelligẽdo qñ nõ pōt habere recursus ad supiorē cõmode: z ex causa presertim si euidens sit penitentem nõ posse ferre iniunctã pnitẽtiam: al's nõ Et hec etiã tenet Aluar⁹. y Excepto tñ qñ alicui in pnia fuisset impositũ vt iret ad terrã sctãm: q2 tũc sine autoritate pape nõ posset cõmutari si iniũctum esset vt iret in subsidiũ terre scte: al's posset: vt p3 in Angel. Scd̃m documentũ: q si confessor nõ hab3 autoritatẽ absoluẽdi a tali peccato pter qd̃ fuit pnia imposita nõ poterit ea3 relaxare nec cõmutare nisi necc̃itas vrgeat vel pietas suadeat. Piũ eñ tũc ẽẽt interp̃tari q supior in hmõi casibus acceptet dispensatiõẽz: fm Rodo. Tertiũ documẽtũ: q q̃ncunq3 confessor vult facere cõmutatiõnẽ vel dispensatiõez pnie quã alter imposuit deb3 examinare causam, pter quã fuit pnia imposita (vt d̃r Ray.) in confess. ē sc3 noua generali vel pticulari: vt discrete sciat relaxare l' cõmutare z nõ nisi ex cã debita relaxet. z sic pat3 X Exemplũ finale legit in Spe. exem. di. iij. exẽ. xxiiij. q quidã post m'lta pctã religionē intrauit et continuas lachrymas p pctis fundebat ieiunia: vigilias: orões z magna opa penitẽtie faciebat. Ecce aũt nocte quadã vidit dñm iesum q̃si indutũ sacerdotalibus indumẽtis missa3 celebrantē: z q̃tiens iuxta ritũ misse ad ppl'm se cõuertebat: manibus calicē videndũ offerebat cũctis q̃ aderãt. Cui frater ait: Obsecro dñe vt qd oñdis nobis calicē istũ: Rñdit iesus: Ut videãt (indit) et sciãt vniuersi q̃ntũ mihi placẽt cõtritiõis fletus et penitẽtia: Nã in hoc calice sũt lachrymẽ qs fudit Maria magdalena secus pedes meos penitens. In hoc ostenditt q libent' debem⁹ penitẽtiam facere z flere p peccatis: z q est hoc sacrifici um pnie acceptabile adeo q satisfacit pro sanguine cbri fuso q̃ consecratt in calice. Et sic frater ille hoc viso p'la opa pnie z luct⁹ cepit facere. Rogem⁹ q̃ cbrm zc.

Feria q̄rta post p̄hicam Palmaꝝ Sermo q̄dragesimusnonus ꝺ sacratissimis indulgentijs q̄s facit eccl'ia in remissiōe3 pene peccatoꝝ.

Ipse aūt. f.

chr̄s vulneratus est ꝓpter iniq̄tates n̄ras: attrit⁹ est ꝓpt' scelera n̄ra Esa.liij. et in ep'la hodier. Olim Esaias hec de chr̄o ꝑdixerat: q̄bus ondit: ꝙ passio chr̄i ess3 nobis valde fructuosa. Nā nō est passus xp̄s ꝑ pctis ꝓprijs q̄ pctm̄ nō fecit neq̄ inuēt⁹ est dol⁹ in ore ei⁹: sed passus ē ꝑ pctis nostris expiādis. ꝛ attritus.i. afflictus ē pro satisfactione nostroꝝ pctōꝝ: vt hec ꝑ ep'le hui⁹ patet passus. Vn̄ ex ꝗ dn̄s iesus clemētissime nobis ꝓuidit ꝛ disposuit vt de thesauro meritoꝝ passiōis ꝛ sanguis ei⁹ ministri eccl'e pctōrib⁹ dispēsarēt indulgētias ad penaꝝ pctōꝝ remissiōe3 ꝛ purgatoriꝫ acerbissimi euasiōez: nā ip̄is eccl'e ꝓlatis dedit in h̄ ptātem Joā.xx.di. Quoꝝ remiseritis pctā remittunf eis. Et h̄ pōt poni ꝑ alio themate hui⁹ s̄monis. Et q̄m ꝑ istis sacris dieb⁹ cene dn̄i ꝛ subseq̄ntib⁹ certis eccl'ijs idulgētie ꝯcesse ꝓmulgātur visitātib⁹ fidelib⁹ vt claꝝ est. Jō de indulgentijs ꝯuenit hodie facere sermonē in q̄ mysteria tria declarabim⁹

Primū de indulgentiaꝝ vigore.
Scd̄m de eaꝝ valore.
Tertiū de indulgentiaꝝ ꝯsecutiōe. A

Circa primū ꝺ indulgētiaꝝ vigore q̄runf p̄cipue tria ꝓ simplicibus vtilia. Primo q̄ritur q̄d sit indulgētia. Ad qđ breuif r̄ndef s̄m Fran. de may. tractatu de indulgētijs ꝛ etiā in Angelica sum. ꝙ accipiēdo ꝑ indulgētijs q̄ danf in eccl'ijs diffinif sic. Indulgētia est q̄da3 remissio pene debite ꝑ pctis post ꝯtritiōem habitā de eis. Et q̄ pat3 ꝙ ista remissio ē pene tp̄alis ad quā pctōr remanet obligatus post remissiōe3 culpe ꝛ pene eterne factam in ꝯtritione. Na3 in ip̄a ꝯtritiōe remittif culpa q̄ ad penā eternā s3 nō remittitur tota pena nisi esset ꝯtritio feruētissima sufficiēs delere totā: remanet itaq̄ obligatus pctōr sepe ad satisfaciendū tp̄alit ꝑ residuo pene quā ꝯtritio nō sufficit expiare: ꝛ debet soluere vel hic ꝑ opa ꝛ idulgentias vel in purgatorio. B Scd̄o q̄rit: vn̄ assumūtur indulgētie ꝛ habent vigorē liberādi anīas a purgatorij penis debit3. R̄ndent cōiter doct. in.iiij.di.xx. ꝙ ex abūdantia meritoꝝ oim sctōꝝ p̄sertim beate Marie ꝟginis: ꝛ maxime chr̄i et eius passiōis: s̄m Francis. may. Nā młta superogauerunt scti vltra mensurā debitoꝝ suoꝝ. quoꝝ merita tanq̄ thesauri ecclesie: ꝛ ꝓmaxime chr̄i merita sunt in tāta abundātia ꝙ oia pctā hoim q̄ sunt: fuerūt et erunt nil sunt respectu illius cū minima gutta sanguinis vel sudoris chr̄i sufficere3 ad expiandū oia. Nā chr̄s ꝙ de⁹ est ꝛ hō infiniti meriti est. Et hec patent extra de sum. trini. c. damnam⁹. circa finē. ꝛ de celebra. mis. ca. cū marthe. sed q̄m hui⁹ thesauri dispensatio tradita est p̄latis eccl'e sup terrā q̄ habēt potestatē et curā sup fidelib⁹ militib⁹ chr̄i. Vn̄ Matth. xvj. dic̄ chr̄s Petro: Tibi dabo claues regni celorū: q̄dcūq̄ soluer3 sup terrā erit solutū ꝛc̄. Ideo ex hoc papa habet ptātem plenarie indulgētie vniuersalr vbiq̄ ꝛ in oēs vt dispenset meritoꝝ chr̄i thesauꝝ ꝑ necītate ꝛ vtilitate filioꝝ eccl'e. Alij aūt p̄lati inferiores habēt ptātem limitatā. Vn̄ pt3 ꝙ indulgētie valent non solū in foro eccl'e sed etiā in foro dei: s̄m doct. C Tertio q̄ritur: q̄lr modo indulgētie habēt liberare a penis debitis in purgatorio cū ad illas obligat homo ꝙ diuina iusticia: mir ꝗ ē ꝙ inferior deo minister: hoc est p̄latus ecclesie possit facere indulgētie remissiōem de obligatione penaꝝ ad q̄s superior.i. de⁹ hoiem ligauit. q̄m dicit. xxj. di. ca. Inferior (inq̄t) sedes nō pōt absoluere potiorem. R̄ndetur s̄m Rich. in. iiij. di. xx. ꝛ Tho. ꝙ iferior.s. sedes vel iudex: a pena imposta a superiore bn̄ pōt absoluere autoritate superioris sibi cōcessa. Et sic q̄n p̄latus habens auctoritatē a chr̄o ꝯcessam dat indulgētias ꝛ homo suscipit talē: nō simpliciter absoluit p̄latus a debita pena: sed sic ꝙ de thesauro eccl'e sc3 de meritis passionis chr̄i pro eo p̄latus soluit q̄ntum debet. ꝛ sic liberaf ille ꝑ solutiōe3 alteri⁹ pro ip̄o.

nis etiã: vel fructus: aut amygdala: nuces et quicqd aliud hmõi qd sumit p moduz medicine p euitãdo nocumẽto potus: nõ frangeret ieiuniũ. qr ecclesia nõ intẽdit talia phibere. Tertia qstio: Utrũ qs talia pdicta sumẽs ad delectationẽ frangat ieiuniũ: Rñdetur fm doct. q quis possz meritũ ieiunij minorare: nõ tñ pceptũ ecclesie de ieiunãdo frangeret moderate sumptũ intentiõe bona vel medicine: nisi sumeret in fraudẽ ieiunij vl' statuti ecclesie. s. in magna qntitate ad extinguendũ famẽ in toto vel in pte: tũc frangeret ieiuniũ sanctũ. Hec patẽt ex dictaminib Tho. Richar. Petri de pal. Quarta qstio Utrũ ebrietas frangat sctm ieiuniũ: Rñdet fm Richar. vbi s. q qñ est pctm mortale: frãgit eo modo q sup dictũ est de gula: z põt hõ plus peccare seipm inebriãdo q̃ si frãgeret tm simpliciter ieiuniũ. Hec Rich.

E Circa tertiũ de fructibus

sacri ieiunij Aduertendũ: q sacruz ieiuniũ cõfert hoi fruct⁹ salubres mltiplices qs breuiter tãgens Grego. in pfatiõe dicit. Qui corpali ieiunio vicia cõprimis: mentẽ eleuas: vtutẽ largiris z pmia: per chrm dñm nrm: Ut aũt clari⁹ hec psequamur notabim⁹ sacri ieiunij fruct⁹ pcipue septẽ Prim⁹ fructus dr pteritor pctõrũ satisfactio. Nã fm doct. in. iiij. ieiuniuz ponit vna ps satisfactiõis. Scõs dr viciorz repssio: vt dr Grego. sup Exẽplũ de Eua: q q̃diu abstinẽs fuit in padiso pmãsit in vginali innocẽtia: sed dũ ɔsensit gule: pctm incurrit. Terti⁹ dr futuror peccator pseruatio: qr p ieiuniũ corp⁹ domat z spũi subijcit: z sic a pctis cauet. j. Cor. ix Castigo corp⁹ meũ z in seruitutẽ redigo nerẽ. O q̃ multi dicũt: Nõ possum cauere pctm ɔsuetũ. Sed tales aduertãt q nõ ẽ castrũ tã forte q expugnari nõ possit si victualia eidẽ subtrahãtur. Sic si hõ corpi gulã subtrahit: expugnabit z vincet illõ ieiunio: Jõ Amb. Nullũ est tã grande peccatũ qd ieiunio nõ expurget Quartus dicit infirmitatũ sanificatio. Ecci. xxxvij. In multis escis nõ deerit infirmitas. qui vo abstinẽs est adijciat vitã. Galien⁹ etiã dicit: Abstinẽtia est summa medicina. F

Exemplũ in vitaspa. de qdam diuite q nõ poterat curari medicina: sed postq̃ factus est monach⁹ sanat⁹ est. Interrogatusq̃ a qdã amico qs eũ curasset: rñdit: fames z faba. Quitus dr mẽtis illuminatio: vt dr Greg. in pfa. s. Un Moyses ieiunãdo meruit accipe legẽ illũinãtẽ pplm Et sic ieiunãtib discipul' z orantib misit spm sctm illuminãtez. Sext⁹ dr demonũ effugatio Matth. xvij. Hoc genus demonior nõ eycit nisi in orõe z ieiunio. Nã sicut fames expellit lupũ de nemore: sic ieiuniũ diabolũ. Septim⁹ dr oper mirãdor in oibus ppetratio. Un Amb. lib. de ieiunio. Magna est ieiunij vtus. Helias ieiun⁹ clausit celũ: ieiun⁹ filiũ vidue ab infers resuscitauit: ieiun⁹ pluuias deposuit: ieiun⁹ ignẽ de celo eduxit: ieiun⁹ rapt⁹ ẽ i padisuz: z tãto pl⁹ meruit qnto ampli⁹ ieiunauit. Hec z plã ibi. O g charissimi aduertam⁹ q̃ bonũ ẽ ieiunare: tã ad bona corporalia q̃ spũalia: ad meritaq̃ grẽ i pñti z glie in futuro p pmio etno. Roge⁹ g zc.

Feria sexta post primã dominicã Sermo. xj. de penitẽtie impedimẽtis tribus z remedijs.

E Cce sanus factus es:

